Quam nullus iudeus vel gentilis debet cogi rō eſt ſc͂m Tho. vbi ſupra qꝛ credere eſt voluntariſ. Un̄ diciꝛ. diſtin. xlv. De iudeis p̄cipit ſancta ſynod⁹ nemini vim inferre ad credendum. Cui eī vult miſeretur deus. ⁊ quē vult indurat. Nō ergo inuiti ſunt ſaluandi ſed volentes ſicut hō ꝓprij arbitrij voluntate ſerpenti obediens ꝑijt. ita vocāte ſe gratia dei quiſqʒ credere ꝓpria mentis ꝯuerſione ſaluatur. di. xlv. De iudeis vt integra ſit forma iuſticie. Sʒ ſuſceptā etiā metu tormentorū ⁊ mortis cogendus eſt retinere vt. d. c. De iudeis. Et qui redeūt ad iudaiſmū etiā ſi infantes fuerunt baptizati vel metu mortis ad baptiſmū adducti debet ꝓcedi ꝯtra eos ſicut ꝯtra hereticos Et ſilr̄ ꝯtra taliū fautores ex. de here. Contra li. vi. Si qui tn̄ infideles cogerenꝛ abſoluta coactioni ⁊ ꝑ violentiā nō ſuſciperēt ſacramentū. vnde nec eſſent cogendi ad retinendū ex quo nō ſuſceperūt ſecus de coactōne conditionali vt dictū eſt. Debent vero iudei ⁊ alij infideles adduci ad fidē rōnibꝫ ꝑſuaſibilibꝫ et auctoritatibꝫ oſtēdendo ex eorū libris eoꝝ errorē ⁊ dulcibꝫ modis. vt dicit Greg. di. xlv. Qui ſincera. Poſſunt etiaʒ ad fidem adduci ſc͂m Guil. ꝓmiſſis et muneribꝫ nō quidē factis ꝓ fide ſuſcipienda, qꝛ hoc eſſet ſimonia. ſed ad captandū beniuolentiam et excludendum ab eis timorem inopie ⁊ hmōi. i. q. ij. Quā pio. Poſſunt etiam adduci ad fidem ſc͂m Rai. per grauiorē exactionem penſionum ab eis in principio tamen locationis non poſt. xxiij. q. iiij. Debet. Itē nota ꝙ poſſeſſiones ⁊ alia bōa

mobilia vel imobilia ꝑiudeorum vel ꝑaliorum in
fidelium ad fidem conuerſorum non debent au
ferri ab eis. niſi ſint vſuraria vel de vſuris emp
ta obnoxia reſtitutiōi. extra eo. De iudeis. Vſu
raria autem eorum debent reſtitui eis a quibus
extorte ſunt vſure. vel eoꝝ heredibꝫ. Qđ ſi non
inueniuntur poterunt ipſis ad fidem ꝯuerſis ꝑ
epm tanq̄ꝫ pauperibus diſpenſari. Ray. et ħ in to
tum vel in ptem ſecundū quantitatē ipoꝝ bono
rum. et qualitatem conuerſorum plus vł minꝰ ſ
indigentiū. extra de vſuris cum. tu. Si aūt inuī
tis parentibꝫ tales baptizati eſſent videř ꝙ ſint
cogendi ad ſeruandū fidem receptam in baptiſ
mo Guil. etiam dicit ꝙ non licet nutricibꝫ ocł
te baptizare puulos iudeoꝝ. ſed ſi in arti. morꝫ
hoc facerent credit ꝙ non peccarent ꝛc.

## De diſputando ꝛc. §. II

fide cum infidelibꝫ dicit Tho. ſe. ſe. q. c. ꝙ in hu
iuſmōi diſputatōe ſūt duo ꝯſideranda. Vnū ex
pte diſputantis. quia ſi diſputat tanquā de fide
dubius volens experiri ꝑ rationem et veritatem
tunc peccat proculdubio tanq̄ꝫ infidelis. Si au
tem diſputat ad confutandum errores vel cā ex
ercitij laudabile eſt. Aliud eſt conſiderandū ex
parte audientium. quia aut ſunt inſtructi in fi
de et firmi ꝛ tūc nullū piculū eſt diſputare co
ram eis. Aut ſunt ſimplices et in fide titubātes
et tunc diſtinguendū eſt quia ſi ſollicitanř ab i
fidelibus nitentibꝫ in eis fidem corrūpere tunc
neceſſe eſt publice diſputare dūmodo inuenian
tur aliqui ad hoc idonei ꝑ hoc enī ſimplices in
fide firmabunř et tolletur infidelibꝰ decipiēdi
facultas. Si vero non ſint ſollicitati. tunc peri
culoſum eſt coram eis diſputare de fide. quoꝝ fi
des ſcꝫ ſimpliciū ex hoc reddiř firmior ꝙ nihil ad
uerſum audierunt. Et ideo nō expedit eis vt au
diant verba infidelium diſputantiū cōtra fidē
hec Tho. Et ſic intelligendū eſt illud Gelaſij. x
xiiij. q. iij. Cum quibus in fine vbi dicit. Cano
num magiſtris atq̄ꝫ cuſtodibus noſtris nullū
fas eſt inire certamen cū hoībꝫ ꝯditionibꝫ aliene
Vbi glo. cū hereticis nō ē diſputandum nec cū
aliquo de fide. C. de ſum tri. l. nemo. Sed ad ħ
poteſt diſputari cū eis. vt cōuincanř. non vt in du
bium reuocent fidem noſtram. Prohibenř aūt
omnes laici diſputare de fide oculte vel publice
extra de hereticis. Quicunq̄ꝫ li vi.

## De conuerſatone. §. III

fidelium cum infidelibꝫ quomodo ſit ꝓhibitū
Nota primo ꝙ cum hereticis ꝓhibita eſt etiam
locutio fidelibus et hoc quia excōicati ſunt ex. de
here. Excōicamus ꝛ. xi. q. iij. Cum excōmuni
cato. Sed cū alijs infidelibꝰ vt iudeis ꝛ ſarrace
nis non eſt ꝓhibita locutio. ſed nimia familiari
tas et ꝯuerſatio. Vñ. xxviij. q. i. dicit. Omēs de
inceps clerici ſiue laici iudeorū ꝯuiuia vitēt. nec
eos quiſquā ad ꝯuiuiū excipiat. qꝛ cū apud xpia
nos cōmunibꝰ cibis nō vtanř indignū atq̄ꝫ ſa
crilegū eſt eorū cibos a xpianis ſumi. ac ſi infe
riores incipiant eſſe xpiani quā iudei ſi vtamur
cibis eorū. et ipſi noſtros cōdemnāt. Et dicit ibi
glo. qđ idem eſt de gentilibꝫ vt ſarracenis. qꝛ et
ipſi hodie iam cibos diſcernūt licet enī nō ꝯtine
antur verbis edicti. vt. xi. q. iij. Ad menſam cōti
nentur tamen in alijs. vt. ff. de peti. here. l. Itē
veni. Ita ſic. ij. q. i. Multi. et aſſignat ibi glo. rō
nē quare nō eſt ꝓhibitū loqui cū iudeis et eſt ꝓ
hibitu[m] comedere cū eis qꝛ ſcilicet ma[i]or fami
liaritas eſt in cibo ſumendo q̄ꝫ in colloquendo
et facilius qui[s] decipitur inter epulas. xxij. q. ij
ij. c. Vnuſquiſq̄ꝫ. Tho autem ſe. ſe. q. c dicit. ꝙ il
li qui ſunt firmi in fide ita ꝙ ex ꝯuerſione cū in
fidelibꝫ nō timetur de eorum ſubuerſione. ſꝫ ſpē
rari poteſt ex hoc infidelium ꝯuerſio. nō ſunt ꝓ
hibendi cum illis cōicare. Sed infirmi đ quibꝫ
timeri poteſt ꝓhibendi ſūt extra caſum neceſſi
tatis ne cum illis cōuerſentur. Tho. ſed ꝛ firmi
etiam caute debent illud agere ne infirmos ſcan
dalizent. xij. q. i. Nolo.

## Pueri iudeorū. §. IIII.

et aliorū infideliū nō ſunt baptizandi inuitꝭ pa
rentibꝫ ſcđm. b. Tho. ſe. ſe. q. x. arti. vi. qđ ꝓbař
triplici ratione. Prima eſt ꝓpter periculū fidei.
Si enim pueri nondū vſum rōnis habentes fi
dem ſuſciperent. cū poſtmodū ad pfectam etatē
peruenirent poſſent de facili a parentibꝫ induci
vt relinquerent qđ ignorantes ſuſceperant. qđ
ꝟgeret in fidei detrimentū. Secūda rō eſt qꝛ
hoc repugnat iuſticie naturali filius enī natura
liter eſt aliquid patris. ꝛ primo quidē a parenti
bus non diſtinguitur ſꝫm corpus quādiu in vte
ro matris ꝯtinetur poſtq̄ꝫ vero ex vtero matris
egreditur anteq̄ꝫ vſum liberi arbitrij habeat cō
tinetur ſub cura parentum ſicut ſub quodā vte
ro ſpūali. Quādiu. n. puer nō habet vſum rōis
non differt ab animali irrōnali. Vnde ſicut bos
et equus et hmōi eſt alicuius vt vtatur eo cū vo
luerit ſecundum ius ciuile ſicut ꝓprio inſtrumē
to ita de iure naturali eſt ꝙ filius anteq̄ꝫ habeat
vſum rōnis ſit ſub cura patris. Vnde ꝯtra iuſti
ciam naturalem eſſet ſi puer anteq̄ꝫ habeat vſū
rationis a cura parentum ſubtrahatur. vel eis i
uitis de eo aliquid ordinetur. Sed poſtq̄ꝫ inci
pit habere vſum liberi arbitrij iam etiā incipit
eſſe ſuus. et poteſt q̄ꝫtū ad ea que ſunt iuris na
turalis vel diuini ſibiipſi ꝓuidere. Et tūc pōt
induci ad fidem nō coactione ſed pſuaſione. et
poteſt inuitis parentibus baptiſari. Tertia
ratio eſt conſuetudo eccleſie que habꝫ maximā

auctoritatem.vnde et ſemꝑ emulanda.i.imitan
da que inducta eſſe credenda eſt ex p̄dictis rōni
bus aſſignatis. Tanta enim eſt auctoritas eccīe
vt ab ipſa doctrina doctoꝝ habeat auctēm. Un/
de magis ſtandum ē auctoritati eccīe ꝙ̄ doctrīe
cuiuſcūꝗ doc. Greg. Aug. Hiero.ꝛ alioꝝ Uſus
autem eccleſie qui ad auctoritatē eius ꝑtinet h̄
nunꝗ̄ habuit ꝙ filij iudeoꝝ inuitis ꝑntibꝫ ba/
ptizarentur ꝗ̄uis fuerint retro actiſ temporibꝫ
multi principes catholici et potentiſſimi vt Con
ſtantinus et Theodoſius quibꝫ familiares fue/
runt ſanctiſſimi epi vt Silueſter Cōſtantino.
Ambroſius Theodoſio.qui nullo mō ꝑtermi/
ſiſſent hoc ab eis impetrare ſi vidiſſent hoc eē cō
ſonū rōni. Et iō periculoſum videtur ꝯtra hanc
aſſertionē d̄ nouo īntroducere cōtra ꝯſuetudinez
in eccleſia hactenus obſeruatā ꝙ iudeoꝝ pueri
inuitis parentibus baptizentur. Et quia non
ſunt facienda mala vt eueniāt bona ſ̄ꝫ aplm.ad
Roma.iij. Facere aūt iniuriā alteri eſt malū.fit
aūt iniuria ꝑentibꝫ vt eis inuitis eoꝝ pueri qui
ſunt ſub eoꝝ cura baptizenť.et iō nō debet hoc fi
eri etiā ꝓpter bonū ſequendū vt liberenť a ꝑicu
lo mortis eterne rumpiť.n.ordo iuris naturalis
Sed nec p̄dicatoribꝫ vel ꝑlatis ꝯmittiť cura
talium.ſed ꝑentibꝫ ſuis qui habent eis ꝓuidere
de ſacramētis ſalutis anteꝗ̄ habent vſum rōis.
Unde de pueris antiquoꝝ diciť qꝺ ſunt ſalua/
ti in fide parentum. Et ideo nō īminet aliquod
ꝑiculum ipſis ꝑlatis et predicatoribꝫ ſi patianť
illorum ꝑuuli detrimentū ſalutis ꝓpter ſubtra/
ctionem ſacramentoꝝ.ſed ꝑentibus eorū q̇ hoc
non ꝓcurant. Idem Tho. Guil. dicit ꝙ nō licet
nutricibus iudeorū ꝑuulorū inuitis ꝑntibꝫ ba
ptizare eos. Sed ſi in articulo mortis h̄ facerēt
credit ꝙ nō peccarent. Ex his aūt que dicit bea.
Tho.ꝛ precipue in prima rōne.videtur ſatis cla
re elici ꝙ ꝗ̄uis baptizari tales.nō debeant inui
tis parentibus.tn̄ ſi contrarium fiat recipiunt
vere baptiſmū.qꝺ mihi placet quāuis Pe. de
pal.in.iiij.teneat contrariū vt patet in tertia ꝑte
ti.de baptiſmo. Qui autem ſuſceperint fidez ex
infidelibꝫ ſeu baptiſmū ſeꝑandi ſunt a parenti
bus.et ſic intelligit glo.ibi et bene illud.c.iudeo
filios vel filias ne ꝑentū vltra inuoluantur erro
ribus ab eoꝝ conſortio decernimꝰ ſeꝑari.xxviij.
q.i. Ubi glo.per baptiſmū enim ſoluiť ius pa/
trie poteſtatis.nec tamen priuabunť illi pater/
na ſucceſſione.extra de iudeis.c. Iudei.

¶ Capitulum tertium de infidelitate iudeorū et ritibus et aliorum infidelium et de participatione cum eis et de exactionibus in eos.et de ſeruientibus eis.

Prohibetur habi
tatio cum iudeis.et balneatio. Unī
xxviij.q.i.dicitur. Nullus eoꝝ qui ī
ſacro ordine ſunt aut laicus azima eorū mandu
cet aut cū eis habitet.aut aliquē eorū ī infirmi/
tatibꝫ ſuis vocet aut medicinā ab eiſ ꝑcipiat.aut
ſe cū eis in balneo lauet. Si quiſꝗ̄ hoc fecerit.
ſi clericus eſt deponatur.ſi laicus excōiceť. Et di
cit ibi glo.niſi ſit miſſus ad p̄dicandū eis.extra
de iudeis. Quā ſit laudabile. Debēt aūt puniri
contra faciētes mō p̄dicto ſ̄m Ray.ſi poſtꝗ̄ fue
rint admoniti ſe nō abſtinent ab hmōi. Guil.
tn̄ dicit ꝙ in neceſſitate poſſunt emi et comedi a
zima iudeorū. Idem videť ſentire Hug.de me
dicinalibꝫ in caſu neceſſitatis cū.ſ.alius nō inue
nitur ſufficiens medicus. Hoſti.etiā dicit ꝙ xpi
ani nō dn̄t eſſe vt aſſidui intra domū iudei.nec
tanꝗ̄ famuli.aut nutrices aut obſtetrices.alꝯ ſi
ipſi xp̄iani nolunt diſcedere debent excōicari ex/
tra de iudeis. Iudei. Sz ex.domū pn̄t eis ſerui
tia facere ꝛ pn̄t eſſe coloni eoꝝ extra eo. Multo
rū. Nota etiā ſ̄m Hoſti.ꝙ pn̄t xp̄iani hr̄e iude/
os in ſuos ꝛ emere ex.eo.ꝛ ſi iudeoſ.nō tn̄ debēt
cū eis morari.ita ꝙ habeāt eos tanꝗ̄ familiares
Iudei.n.vt diciť Io.ſunt difficiliores ad ꝯuer/
tendū et ꝑitiores ad ſubuertenduz ꝗ̄ gentiles.
Si aūt voluerint fieri xp̄iani ſiue iudei ſiue gē/
tiles.nō poterunt dn̄i eorum ꝓhibere.ar.xix.q.ij
due ſunt. Tn̄ ſ̄m Rai.ꝛ Tho.ꝑ baptiſmū non
liberanť a ſuitute ſ̄ remanent ſui.qꝛ ſuitꝰ etiaz
introducta eſt de iure diuino.ar.di.xxxv. Sexto
Et ꝑ ius gentiū di.i.ius gentiū. Et ꝑ ius cano/
nicū approbata.xij.q.ij. Eccīaz.ſ̄m Hoſt.ꝛ goſ.
Et addit Ray.ꝙ vbi d̄ bona ꝯſuetudine nō ſo/
lent xp̄iani eē ſui conſulendū eſt dn̄o ꝙ in remiſ
ſionem pctōꝝ ſuorū manumittat vel ſaltē pecu/
nia mendicata vel ſeruitio ad tempꝰ ꝑſtito ſe re/
dimat.xij.q.ij. Cum redemptor. Sz qꝛ hoc ꝯſili
um ē ꝛ pium ſiꝗs ꝯtrariū faciat.ſ.retinēdo talē
ꝯuerſum ad fidem in ſeruitutē vl' ēt alteri vēdē
do nō credo ꝙ peccet.qꝛ qꝺ nō eſt ꝓhibitū intel
ligitur eſſe ꝯceſſum.ar.xiij.q.ij. Coron.§.ſe.in fi.
ſꝫ hoc n̄ reꝑitur ꝓhibitū Hoc etiā aſſerit dn̄ſ Io
an.do.in li.qui diciť lucula noctis.

## A quibus iudei ſūt .§.x

ꝓhibendi inter xp̄ianos ꝯuerſantes. Primo ſe
cundū Rai.ne habeāt aliqua officia publica ne
occaſionē habeant ſeuiendi in eos.vt.di.liiij.nl'
la.ꝛ.xvij.q.iiij. Conſtituit. Qꝺ ſi iudeꝰ talia offi
cia ſuſceperit debet ei denegari xp̄ianorū cōio do
nec quicq̇d accepit ex tali officio ꝑ ꝓuidentiā di
oceſani ꝯuertať in vſꝰ paupū ꝛ ipſe offm̄ dimit
tat Itē nullꝰ fideľ pōt aliq̇d ꝯgregatōi iudeoꝛuz

vel iudeo vel pagano in teſtamento relinquere: ⁊ ſi fecerit etiā poſt mortē iudicatꝰ anathema. vt xxiiij. q. ij. Sane. Et intelligendū videtꝰ niſi legaret ad ſubueniendū magne neceſſitati. Itē non debent ꝑmitti iudei nouas erigere ſynagogas. ſed veteres reficere dūmodo ampliores vel precioſiores nō faciant ſolito. Et ritꝰ ⁊ ſolennitates ſuas ſunt ꝑmittendi facere extra eodem. ↄſuluit. Itē in diebꝫ lamētationis et dñice paſſionis non debent in publicū ꝓdire extra eo. In nonnullis. Qḋ etiā in die paſceuē nō debēt hr̄e hoſtia vl' feneſtras apertas. ex. eo. Cū ſup his. Itē cogendi ſunt tales habitū deferre cōtinue quo ab alijs manifeſte diſtinguātur ex. eo. In nonnullis. Item cogendi ſunt ad decimas prediales ꝑſoluendas extra de deci. de terris. Itē cogendi ſunt xp̄ianos teſtes recipere ↄtra ſe. ſed iudeus nō p̄t ferre teſtimoniū ↄtra xp̄ianū. extra de teſti. c. iudei. Itē iudeis ꝑmittitꝰ agere ⁊ ↄuenire apud iudices noſtros ⁊ nō apud ſeniores eorū. Arbitꝛ poſſunt eligere etiā iudeū cuius ſniam exequatꝰ ordinarius. C. eo. ti. Iudei. Itē in ſabbatis ſuis nō debent trahi ad iudicia. Nec ipſi alios trahant. Sed nec in alijs feſtiuitatibꝫ ſuis debent turbari. Nec ſepulchra eoꝝ obtentu forte pecunie effodi. vt. C. e. ti. Die ſabbati extra eo. Sic iudei. Pro maiori declaratione eius qḋ dictum eſt in precedenti §. in principio. Nota ſcḋm b. tho. ſe. ſe. q. x. ar. x. q dñium et p̄latio infideliū ſup fideles pōt dupliciter ↄſiderari. Uno mō quãtum ad dñium ⁊ p̄lationē de nouo inſtituendā ⁊ hoc nullo modo debet ꝑmitti. hoc enī cederet in ſcandalū ⁊ ꝑiculū fidei. De facili. n. illi q̄ ſubijciuntur iuriſditioni alioꝝ īmutari p̄nt ab eis quibus ſubſunt vt ſequantur eoꝝ impiū niſi illi ſubditi ſint magne virtutis. Similiter etiā infideles ↄtemnerent fidē ſi fideliū defectus ſcirent. Et iō aplſ. i. Cor. vi. ꝓhibet fideles ↄtendere in iuditio corā iudice infideli. Et ſic eccīa ꝓhibet infideles p̄fici in quocūq officio ſup fideles. vt in. d. c. Conſtituit. xvij. q. iiij. Alio mō pōt ↄſiderari dominiū infideliū ſup fideles ꝓut ē iam p̄exn̄s. Ubi ſciendū q dñiū ⁊ p̄latio introducta ſunt ex iure humano. Sed diſtinctio fideliū ab infidelibꝫ eſt ex iure diuino. Ius aūt diuinū qḋ eſt ex gratia nō tollit ius humanū qḋ eſt ex naturali rōne. Et ideo diſtinctio fideliū ⁊ infideliū ſcḋm ſe ↄſiderata nō tollit dominiū infidelium ſuper fideles. pōt tamen iuſte ꝑ ordinationē eccīe auctoritatem habētis de ipſis infidelibꝫ ſup tale dñium auferri ius dñij ⁊ p̄lationis quia infideles merito ſue infidelitatis merentur amittere ius prelatiōis quod habent ſup fideles. qui transferuntur in filios dei. Sed hoc eccīa quandoqꝫ facit quandoqꝫ nō facit. In illis enī infidelibꝫ qui tꝑaliter ſubijciuntur eccīe ⁊ mēbris eius. hoc ius eccīa ſtatuit vt. ſ. ſeruus iudeoꝝ factus xp̄ianꝰ ſtatim fit liber nullo precio dato. vt di. liiij. Fraternitatē ⁊ hiꝰ. Nec ī hoc eccīa iniuriā facit eis. quia cū iudei ſint ſerui eccīe. pōt eccīa de eoꝝ bonis diſponere. In illis vero infidelibꝫ q̄ tꝑaliter nō ſubijciuntꝰ eccleſie vel mēbris eius. ꝓdictū ius nō ſtatuit. licꝫ poſſet inſtituere de iure. Et hoc facit ad ſcandalū vitandū. ſicut ⁊ dñs mādauit ꝓ ſe ſolui tributū cum nō teneretur ad ſcandalū eoꝝ vitandū. vt habetur Math. xvij.

## De ritibus ſeu §. II.

ceremonijs infideliū quare ⁊ qñ tolerantꝰ. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit ſcḋm tho. ſe. ſe. q. x. ar. xi. q humanū regimē deriuatꝰ a diuino regimīe. ⁊ ipm debet imitari. Dñs aūt cū ſit ſūme bonus ⁊ omnipotens ꝑmittit tñ aliqua mala fieri in vniuerſo q̄ poſſet ꝓhibere ne eis ſublatis maiora bona tollantur aut maiora mala ſequantur. Sic ⁊ in regimine hominum hi qui preſunt recte aliqua mala tolerant ne aliqua bona impediantꝰ. vel etiā ne aliq̄ mala peiora īcurrantꝰ. ſicut dicit Aug. in li. de ordine. Aufer meretrices a rebꝫ humanis et turbabis oīa libidinibus. Sic igitꝰ infideles quãuis in ritibꝫ ſuis peccent. tamē tolerari p̄nt. vel ꝓpter bonū qḋ ex hoc ꝓuenit. vel ꝓpter aliquod malū vitandū. ex hoc aūt q iudei ritꝰ ſuos obſeruant. in quibꝫ figurabatꝰ olim veritas fidei quā tenemus. hoc bonū ꝓuenit qḋ teſtimonium fidei noſtre habemꝰ ab hoſtibus. et quaſi figura repn̄tatꝰ nobis ꝑ illos ea q̄ credimꝰ. ⁊ ideo in ſuis ritibus iudei tolerantꝰ. vt pꝫ. di. xlv. q̄ in deis et extra eo. Conſuluit. Alioꝝ vero infideliū ritus quia nil vtilitatis vel veritatis afferūt. nō ſūt aliqualiter tolerandi. niſi forte ad aliqḋ malū vitandū vt ſcandalū vel diſcidiū qḋ inde poſſet ꝓuenire. vel impedimentū ſalutis eoꝝ qui tolerati paulatim ↄuertuntꝰ ad fidē. ⁊ ꝓpter hoc etiā hereticoꝝ ⁊ paganoꝝ ritus eccīa aliqñ tolerauit qñ erat magna multitudo infidelium.

## Quomodo ſint §. III.

puniendi ꝑticipantes cū iudeis circa caſus p̄dictos ⁊ ipſi iudei facientes contra p̄dicta. Participantes ſi ſunt clerici. ⁊ admoniti nolūt ſe emēdare ſcḋm Ray. dn̄t priuari officio et beneficio. Si ſunt laici et principes qui nolūt exequi predicta. vl' alij q̄ aliqḋ īpedimentū afferūt admoniti nō ſatiſfaciunt. dn̄t excōicari. xxiiij. q. i. Nullꝰ. Sed iudei cōtra p̄dicta facientes ſic puniuntꝰ vt xp̄iani ab illoꝝ cōione ⁊ ↄſortio ſeu ↄmertio tãdiu ſeparentꝰ ſub pena excōis donec illi emēdauerint ⁊ ſatiſfecerint. vt patet ex. eo. ti. et ſi iudeos. Pn̄t ēt iudei ꝑ eccīaz deberari vl' alio mō corporaliter mulctari de p̄cepto epi vl' p̄ncipis. ar. xvij. q. iiij. Conſtituit. ⁊ etiā alia pena p̄nt puniri

ex. de vſu. c. poſt miſerabilē. Quod ergo dicitur
ꝙ eccleſia nō iudicat de his qui foris ſunt, dicit
glo. xxviij. q. i. Sepe. hoc eē verū quo ad ſpūalē
penā quia ecc̃ia nō excōicat iudeos vel gentiles
ſed quo ad corꝑales penas bene iudicat ꝺ eis vn̄
ſi nimis ꝯuertunt cū ꝯuerſis ex eis ad fidem vel
ꝯuertere nitunt debēt flagellari. d. c. Sepe. Si
aūt chriſtū blaſphemauerint dicit Hoſti. ꝙ ſe-
cundū leges debent decapitari. Vn̄ pꝛīcipes ſe
culares iudeos xp̄m blaſphemātes grauiter pu
nire dn̄t pena pecuniaria vel etiā grauiori extra
eo. In nonnullis. Et nota ſm Tho. in quadā
ep̄la ad duciſſam lothoringie. ꝙ cū iudeus delin
quens nil hꝫ ꝑter vſuras debet nihilominꝰ ꝛ ꝑt
puniri pena pecuniaria ſecundū delictū ne ex
ſua iniquitate reportet cōmodū. et maiori vtiq̄
pena q̄ quicūq̄ alius non vſurarius in ſili cāu
q̄ꝫto pecunia que ab eis aufertur minus ad eos
ꝑtinet. Poteſt ꝛ inſuꝑ addi alia pena ne ad pe-
nam ſufficere videat ꝙ pecuniā alijs debitā deti
nant poſſidere. Pecunia tamen ab eis ablata pe
ne nomine nō pōt retineri a dn̄is ſeu officialibꝫ
punientibꝫ. ſ3 debet de ea fieri vt dicet in. § ſe.

## De exactiōibus. §. IIII.

factis in iudeos a dn̄is terrarū. quid iuris dicit
Tho. in dicta ep̄la ꝙꝛ q̄uis ſicut iura dicūt iudei
merito culpe ſue ſeruituti ſint addicti. ꝛ ſic dn̄i
res eorū poſſint accipe tanq̄ ſuas. ita tn̄ ꝙ non
ſubtrahant vite neceſſaria. qꝛ tn̄ oportet nos am-
bulare honeſte ad eos qui foris ſunt. ne nomen
dn̄i blaſphemet hoc obſeruandū videt vt in exac
tionibꝫ quas facere nō ꝯſueuerūt nō ꝑgrauent ſ3
ad ꝯſuetas cogi poſſunt. Sed nō. ſcd̄m Tho. in
dicta ep̄la. ꝙ cū iudei nihil habēt ꝑter vſuras.
cū nō poſſint ipſi illa retinere licite. nec ꝯſequen
ter dn̄i recipientes collectas a talibꝫ poſſunt ea
ſibi retinere licite niſi forſan eſſent talia que ab
ipſis vel anteceſſoribꝫ dominoꝝ ipſi iudei extor
ſiſſent. Si qua vero alia hn̄t que ab eis extorſe-
rint illis debent reſtituere quibꝫ ipſi iudei tene-
bant ſi inueniunt. Alioquin in pios vſus ſcd̄m
ꝯſilium dioceſani vel alioꝝ ꝓboꝝ vel in cōem vti
litatē terre ſi neceſſe eſt ſunt eroganda. Nec eēt
illicitū ſi de nouo dn̄i exigerent talia a iudeis ſer
uata tn̄ ꝯſuetudīe ꝑdeceſſorū ſuorū hac intentōe
vt in pios vſus expendantur.

## De donis et mer §. V.

cedibus quas dant iudei ꝓſonis pro labore ſuo
vtrū poſſint licite recipi et retineri. Rn̄det Guil
ꝙ de his que habēt iudei ꝑ alium modū q̄ per
vſuras et rapinas. puta de aliquo artificio acq̄-
ſita nō eſt dubiū ꝙ et dona ꝛ merces laboris poſ
ſunt accipi ꝛ retineri. Sed ſi nō habēt ꝑter vſu
ras. tunc ſi recipiens certat de damno ſuo vitan

do. ſic accipiens nō peccat ſicut qui a fure vel ra
ptore damnificatus eſt. puta ꝑ incendiū nō pec
caret ſi acciperet ab eo damnū ſuū licet ipſe fur
vel raptor nihil haberet niſi quod acquiſiuit ex
furto vel rapina dū tn̄ nō recipiat ꝓ damno ſuo
in ſpecie res ipſas alienas. Et addit etiā Tho. in
ſupradicta ep̄la ꝙ ſi iudeus vſurarius vitro ꝯfe
rat pecuniā vl' exenium expedit recipe vt pecunia
ſic recepta reddat his quibꝫ de iure dꝫ ſeu alijs
ꝛ dicit Guil. ꝙ dona ꝛ eñie nō ſūt recipienda ab
vſurarijs qn̄ ꝑ hoc non efficerent nō ſoluendo
niſi vt dictū eſt ſi recipientur ad reſtituendū cre
ditoribꝫ eius vſurarū. Modicū aūt ꝓ nihilo re
putatur. et ſic pn̄t recipi.

## De ſeruis iudeoꝝ. §. VI.

rum vel ſeruientibꝫ eis. Nota ſcd̄m Rai. ꝙ ſi ſer
uus iudei eſt vernaculus. i. de illius ancilla natꝰ
ſi vult effici xp̄ianus ſtatim eripit in libertatem
nullo ꝑcio dato. C. de epi. et cle. l. deo nobis. ar.
di. liiij. Fraternitatē. Idē ſi ſeruus fuit emptus
qui erat xp̄ianus vel eſſe volebat di. liiij. Manci
pia qꝛ tales nō licet iudeo emere vel in ſeruos te
nere. Itē ſi ſeruus emptus erat paganus et fuit
emptus cā ſeruiendi. ꝛ nūc vult fieri xp̄ianꝰ. vt ī
d. c. Fraternitatē. Idem etiā ſi emit eū cā mer-
cimonij. et nō exponit eum infra tres menſes ve
nalem. quia preſumitur ꝙ emerit eum cauſa ſer
uiendi. Si vero expoſuit eum venalem infra
tres menſes et per eū nō ſtetit quin vendiderit
ꝛ ipſe vult effici xp̄ianus infra illud ſpaciū vl' pꝰ
ea. liberabitur dato precio. xij. ſolidorum. ab aliq̄
chriſtiano. vt. in. d. c. Fraternitatē. ꝛ extra eo. ti. c.
i. Et erunt illi. xij. ſolidi vſualis monete illiꝰ lo-
ci extra de maledic. c. ſtatuimus et. hoc intellige
niſi dominus eū nolentē circūcideret. vel alterꝰ
ſecte ſignaculū imprimeret. Tūc enī ꝓpter iniuri
am corporis nullo precio dato liberabitur di. liiij
Nulla. Et nota ſcd̄m Rai. ꝙ talis ſic redemptꝰ
non erit ꝓpterea ſeruus redimentis. ſ3 erit liber
et reſtituet illi preciū ſolutū ꝓ eo. Et ſi nō habet
precium querat mendicando. vel ſeruiat ei tan
tum ꝙ ſeruitium ꝯpenſet cū ꝑcio. ꝛ poſtea eat
quo vult. ar. xxvi. q. i. De raptoribꝫ. Et hoc in-
tellige niſi cā pietatis emptus fuerit tūc n. non
tenetur ei reddere aliquid vel ſeruire. qꝛ qd̄ pro
pietate datur ꝓhibet ius ne repetat ꝛ ſic de iure
ꝓſumitur niſi ꝯtrariū fuerit ꝓteſtatus. Cōcor.
Hoſti. ꝛ Goff. Nō ſi nullus emptor ꝯpareat ſe
cundū Ber. nihilominꝰ erit liber ꝛ ꝑciū hortia-
tim q̄rat aut opas ꝓſtet. Si aūt plures ſūt q̄ vo-
lunt emere. tūc ſcd̄m Goff. ep̄s loci eliget magis
idoneum. ff. de actu. l. ſi plures vel ſi ſunt pares
epiſcopus gratificet cui vult. ar. extra de iure pa-
tro. Cum aūt. Idē Hoſti. ergo dic Hoſti. ꝓhi-
bitum ē ꝙ nullū mancipiū chriſtianū ſeruiat

iudeo. multo minus liberi xp̄iani nō d̄bent eis
ſeruire. niſi extra domum ut in laborādo terras
⁊ hu̇ᵒ. non autem intra domum. alias ſi ipſi xp̄ia
ni qui ſeruiūt iudeis in domo ut famuli nollent
diſcedere ab eis. debēt excōicari. vt extra eo. ti. Et
ſi iudeos. Et ſi iudei nollent illos dimittere pro
hibetur fidelibꝫ commertium cū eis. vt in. d. c. Et ſi
iudeos.

Capitulum quartum de Hereſi et de penis
hereticorum

## De hereſi ſciendū

ſcdm̄ Pe. de tharan. in. iiij. Ad hoc
vt quis ꝓprie dicatur hereticus duo
requiruntᷣ. Primū eſt error in ratione ſcilicꝫ de
his que ſunt fidei. Secundū eſt quaſi cōplemē
tum. ſ. ptinacia ſeu obſtinatio in volūtate. vt. ſ. nō
ſolū eligat voluntarie aſſentire falſe doctrine. ſed
etiam ptinax eſt ad nō aſſentiendū veritati ſibi
manifeſtate. Unde quantum ad primū Aug. ſic diffi
nit hereſim. Hereticus eſt qui alicuius cōmodi
temporalis et maxime glorie principatuſqꝫ ſui
gratia falſas ac nouas opiniones gignit vel ſeq̄
tur. xxiiij. q. iij. Hereticus ⁊ intelligitᷣ de opinio
nibꝰ que ſunt cōtrarie fidei. Nam ſi quis habet
falſas opiniones in ph̄ia vel geometria. hic nō
dicetur hereticus ꝓut hereſis eſt ſpēs infidelita
tis ſcdm̄ Tho. ſe. ſe. q. xi. Ad fidem aūt ptinet ali
quid dupliciter. Uno mō directe ⁊ principaliter
ſicut articuli fidei. Alio modo indirecte ⁊ ſecun
dario ſicut ea ex quibus ſequitur corruptio ali
cuiuſ articuli ſicut dicere ꝙ aliquid cōtentū ī ſcri
ptura ſacra non ſit verum. quod eſt corruptio
articuli de ſpiritu ſancto. qui locutus eſt per
ꝓphetas. vel dicere qđ aliquod determiatū ab ec
cleſia in fide nō eſſet verū qđ eſſet corrūpere arti
culum illum. Sanctā ecclēiam catholicā ⁊ hmōi
circa vtraqꝫ ergo pōt eſſe hereſis. Quantū ad ſe
cundū. ſ. ꝙ aliquis voluntarie aſſentit errori hie
ro. ſic dicit. Hereſis grece ab electione dicitᷣ. eo
ꝙ vnuſquiſqꝫ eligit diſciplinā quā putat melio
rem. xxiiij. q. iij. hereſis. et intelligitᷣ in doctrina
fidei. Nam ſcdm̄ Tho. ſe. ſe. q. xi. ſicut qui rectā
fidem habet xp̄ianam voluntate ſua aſſentit xp̄o
et exinde his que vere ad eius doctrinā ptinent
ſic a rectitudine fidei chriſtiane dupliciter pōt a
liquis deuiare. Uno modo quia ipſi chriſto nō
vult aſſentire. et hic habet quaſi malā voluntatē
circa ipſum finē. et hoc ptinet ad ſpēm infidelita
tis iudeorū et paganorū. Alio mō qꝛ licet inten
dat chriſto aſſentire. tn̄ nō eligit ea que ſunt vere
a chriſto tradita ſed que ſibi ꝓpria mens ſugge
rit. ⁊ hoc ptinet ad hereſim ꝑ quā quis ꝓfitetur
fidem chriſti. ſed dogma eius corrūpit. Quantū
ad tertium. ſ. ptinaciam in voluntate dicit Aug
ꝙ in eccl̄ia chriſti morbidū aliquid prauūqꝫ qđ

ſapiunt ſi correcti vt ſanū rectūqꝫ ſapiāt reſiſtāt
cōtumaciter ſuaqꝫ peſtifera ⁊ morbida dogmata
emendare noluerint ſed defendere pſiſtūt here
tici ſunt. xxiiij. q. iij. Qui in eccl̄ia. Qui ergo erra
ret in materia fidei putans eccl̄iā ſic credere pa
tus corrigi ⁊ emendare cū audierit veritatē. non
cenſetur hereticus. Unde abbas Joachim quis
libellus eius quē fecit cōtra Petrū lombardū
fuerit dānatᵒ vt doctrina heretica. tn̄ qꝛ ſe ⁊ opa
ſeu ſcripta eius ſubmiſit correctioni eccl̄ie ipſe nō
fuit hereticus iudicatᵒ extra de ſum. tri. ⁊ fi. ca. c
Damnamꝰ. Et ad hoc facit qđ dicit Aug. Si q̄
ſuam ſn̄īam quamuis falſam atqꝫ pūerſam nō ptīa
ci animoſitate defendūt querūt aūt tanta ſollici
tudine veritatē pati corrigi cum inuenerit neq̄
quam ſunt īter hereticos d̄putādi. xxiiij. q. iij. Dixit
apoſtolus. Nota ḡ ſecūdum Tho. vbi ſupra ꝙ ſi
aliqui doc. eccl̄eſie diſſēſiſſe videntᷣ. hoc eſt vel de
illis circa que nil īter eſt ad fidē vtrū ſic vel aliter
teneatur vel in quibuſdā q̄ ⁊ ſi ptinebant ad fi
dē tn̄ adhuc nō erant ꝑ eccleſiam determinata
Poſtqꝫ eſſent auctoritate vniuerſalis eccl̄ie d̄termina
ta ſi quis tali ordinationi repugnaret ptinaci
ter hereticus cenſeretur. Que quidem auctori
tas principaliter reſidet in ſummo pontifice. vt
habetur. xxiiij. q. i. Quotiens Cōtra huius auc
toritatem nec Aug. nec Hie. nec alius doc. ſuā
ſn̄īam defendit vt. xxiiij. q. i. hec ē fides hec Tho
Et idem dicit in prima pte ꝙ in his q̄ nō ſunt d̄
terminata ꝑ eccl̄iā vbi ſunt varie opiniones do
ctoꝝ ſine preiudicio vel piculo hereſis pōt que
cūqꝫ illaꝝ priū teneri. Quod aūt dicitᷣ de hereti
cis. c. Dubius in fide ē infidelis. intelligitᷣ d̄ eo
qui ſponte vult dubitare. ſecus de illo qui aliqn̄
vacillat circa fidem ex temptatione ſed cū diſpli
centia rōnis ſcdm̄ Guil. Quod etiā dicit Hie.
ꝙ quicūqꝫ ſcripturā ſacram aliter intelligit quam
ſenſus ſpūſſancti efflagitat a quo inſpirata ē. he
reticus appellari pōt. xxiiij. q. iij. hereſis. Intelli
gendum eſt ſcdm̄ Tho. de tali expoſitione que ē cō
traria ei qđ eſt ꝑ ſpm̄ ſanctū reuelatū. Dicit eti
am idem Tho. ꝙ ſi quis erraret in his ad que ex
plicite nō tenetur credere. vt ſi crederet aliquis
Jacob fuiſſe patrem Abrahā. patus corrigi cū
audiret contrarium continere ſcripturā non re
putatur hereticus

## In puniēdo aūt. §. i.

hereticos eccl̄ia vtitᷣ iuſticia ⁊ mīa. Et quantum ad
ſpūalia ſuffragia. i. collatōem ſacramētoꝝ pnīe
⁊ eucharīſtie quātū ex pte ſua ſemꝑ vtitᷣ mīa. qꝛ quo
tiēcunqꝫ relapſi admittit eos ad pnīam ⁊ eucha
riſtiā ſi cōuertantᷣ ad fidē. d̄ here. c. Sup. eo. li. vi
Quantū aūt ad tpalia. vt vitā dignitates. offi
cia et ſubſtantiā etiā eccl̄ia vtitᷣ mīa an̄ relapſū in
hereſim. Cum enim meruerint ꝑ ipſum lap

ſum per mortem corporalem excludi de mūdo. qꝛ
grauius eſt corrumpere fidem per quā eſt aīe vi/
ta q̄ʒ falſare pecuniam p q̄ʒ vite tpali ſubueniť.
Unde ſi falſarij pecunie. vel alij maleſactores
ſtatiʒ per ſeculares poteſtates iuſte morti tradū
tur multo magis heretici ſtatim cꝫ ď hereſi cōuin
cuntur poſſent iuſte occidi. Ex magna miſericoꝛ
dia ſi reuertuntur ad ſinceritatē fidei abiurātes
hereſim, p pmo lapſu parcitur eis. Et aliquando
etiam ſi clerici ſunt diſpenſatur cū eis ī officijs
plus et minus. Aliquando etiā in prioribꝰ dig
nitatibus precipue ad tollēdum ſcandalum. vt
xxiij. q. iiij. Ipſa pietas. Quod autē heretici ipſo
facto ſint excōmunicati ēt hoc fit ex ſnīa. qꝛ medici
nalis eſt excōmunicatio non eradicans vt dicitur
xxiij. q. iij. §. Aliud ē ẜ ſanās qꝛ ad hoc fit. vt ſpi/
ritus ſaluus fiat. vt dicitur. xi. q. iij. Audi. Sed
ſi heretici relabātur in hereſim quoad vitam et
bona temporalia exercet contra eos eccleſia ſeuerā
iuſticiam nullo modo in his parcens eis q̄ʒtun
cunq̄ʒ peniteant eo. ti. ad abolēdaʒ. Et hoc ratio/
nabiliter fit ſecūdum Tho. v. xi ſupra qꝛ per hoc
puidetur bono cōmuni. Nā ſi heretici reuerſi ſe/
pe reciperentur vt conſeruarentur in vita ⁊ alijs
tempalibꝫ bonis poſſet. hoc eſſe ī preiudiciū ſalu/
tis alioꝝ. tum qꝛ ſi relaberentur alios inficerent
tum etiā quia ſi ſine pena euaderēt. alij ſecuriꝰ
ī hereſim laberentur. Ex relapſu etiā ipſoꝝ pſu
mitur de inconſtantia eorū circa fideʒ. ⁊ ideo iu
ſte occidūtur. Un̄. Hiero. xxiij. q. iij. Reſecande
ſunt carnes putride. Scabioſa ouis a caulis re/
pellanda ne tota domus ⁊ maſſa ⁊ corpus ⁊ peco
ra ardeat corrūpatur putreſcat intereat. Arrius
in alexandria vna ſcintilla fuit. ſed quia nō ſtatiʒ
oppreſſus eſt totum orbem eius flamma popu/
lata eſt. hec ille.

## Puniuntur hereti. §. II.

ci quadruplici pena ſecūdū. Rai. Primo quidē
excōicatione. quia omnis hereticus ſiue occultꝰ
ſiue manifeſtꝰ ē excōmunicatꝰ. ď qua excōmuni/
catiōe habes in. iiij. pte. ti. i. c. iiij. vbi plura dicūť
de iſta materia. Secūdo depoſitione. qꝛ ī diſtinc
te ſiue clericus ſiue laicus etiā ſi papa vel impe
rator ⁊ quilibet alius debet deponi ab omni dig
nitate. di. xl. Si papa ⁊ xxiiij. q. i. Qui ɔtra pa
cem. ⁊ omnibus officijs ⁊ beneficijs ſpoliari de/
bet ⁊ ſi clericus ſit debet degradari. Sed ⁊ vaſal
li dominoꝝ ſoluti ſūt a ďbito fidelitatiſ homagij
et totius obſequij ⁊ quocūq̄ʒ pacto quacūq̄ʒ fir
mitate vallato ſi ipſi domini incurrunt hereſim
eo. ti. c. ſi. Itē heretici cum fautoribus ⁊ defenſo
ribus ſuis ⁊ receptoribus ⁊ ipſoruʒ filij vſq̄ʒ ad
ſecundaʒ generationem per lineam paternā. per
lineam vero maternam. vſq̄ʒ ad primum gradū
ad nullū beneficiū. vł offm̄ eccleſiaſticū admit/
tātur al'ē irritū vt eo ti. Quicūq̄ʒ ⁊ c. Statutū
li. vi. Itē omnes viri eccl'iaſtici qui ad pces tali
um receperint dignitates ⁊ beneficia eccl'iaſtica
ſūt puati ⁊ ſi receperint ſc ēť nō debēnt ī poſterū
admitti ad alia vel ſimilia. d. c. Quicunq̄ʒ. Ter
tio rerum ablatione. qꝛ oīa bona eoruʒ ipo iure
ſunt ɔfiſcata. di. viij. Quo iure ⁊ xxiij. q. vij. c. i.
⁊ ſequenti. Sed execucio ipſius ɔfiſcationis vel
bonoꝝ occupatio non debet fieri per principes ſe
culares anteq̄ʒ p iudicem eccl'iaſticū ſnīa ſup eo/
dem crimine fuerit pmulgata eo. ti. c. Cū ſcdm
li. vi. Et q̄ʒuis ipſi heretici haberent filios catho
licos priuabuntur paterna hereditate in deteſta
tionem criminis. Inſup ⁊ ſi poſt mortem aliq̄s
declararetur hereticus qui in vita nō fuit decla/
ratus pn̄t bona eius occupari eo. ti. Accuſatꝰ li.
vi. Nota tn̄ cꝫ pp̄ter hereſim maritoꝝ nō ɔfiſcā/
tur dotes vxorum niſi pticipent in hereſi. Si aūt
reuerterentur ad fidem nō tamen eis reſtituūť.
filijs eorum bona ipſorum ſed omnia ipſo iure
ſunt confiſcata extra eo. ti. c. Uergentis. Quod ſi
aliter fieri non pt manu armata ſunt oīa bōa ab
eis auferenda. vt. xxiij. q. vij. c. i. Et vt dicit Rai.
et Hoſ. licet eccl'ia videatur dare generalem auc/
toritatem vt omnes expolient eos. tamē ſatis vi
detur tutum. vel non fiat niſi ſpeciali edicto vel
principis. vel eccleſie ne aliter videatur potiꝰ ex
cupiditate vel vltione q̄ʒ ex iuſticia et obedien/
tia pugnare. xxiij. q. i. quid culpatur et. q. ij. p to/
tum. Quarto puniuntur morte. Continuo eñi
poſt deprehenſionem erroris niſi ad fideʒ reuer/
ti velit et hereſim ſuam abiurare et ſatiſfactiōeʒ
exhibere ſi laicus eſt ſubito debet comburi. Cle/
ricus autem poſt ſolemnē degradationem relin
quitur curie ſeculari occidendus. Si aūt reuer/
tatur ad fidem detrudi debet in ppetuū carcereʒ
eodem ti. Excōmunicamus de rigore iuris. Mi
tius tamen agitur cū eis. Reuertentes autē ad
fidem debent abiurare ad arbitriuʒ epiſcopi ſui
hereſim ſuam et promittere per ſcripturaʒ cꝫ fir
miter tenebunt fidē catholicaʒ. vt i. q. vij. Quo
tiens. et de conſe. di. ij. Ego berēgarius et extra.
eo. ti. Ad abolendam

## De pena quā in §. III.

currunt credentes receptatores fautores ⁊ defē/
ſores hereticorum. Primo quidem quilibet
talium excōmunicatus eſt ipſo facto. vt de ſen.
excom. Nouerit de qua excommunicatione ha/
bes infra in quarta parte ti. i. c. v. vbi etiā habes
plenam declarationem horum terminorum. q̄
ſcilicet dicantur credentes et alij predicti. Et
plenius in. ca. ſequenti. Secundo quilibet pdi/
toꝝ ſi nō ſatiſfecerit infra annum ex tunc ipſo
iure eſt infamis nec ad publica officia ſeu ɔſilia

nec ad eligendū aliq̄s ad bi⁹ nec ad teſtimoniū d3 admitti. nec pt̄ ꝯdere teſtamentū nec ad alic⁹ hereditatē ſucceſſione accedere. Nullus quoqȝ ei ſup quocūqȝ negotio ſed ipſe alijs cogit̄ r̄ndere. Si iudex ē eius ſnia ñ valz. Si aduocat⁹ ñ admittit̄ ad pᷓcinīū. Si tabellio nō valēt eius inſtrumēta. ⁊ ſic in ſimilib⁹. Si vero ſit cleric⁹ ab omni officio ⁊ bñficio d3 d̄poni. ⁊ ſi illi qui tales poſtq̄ȝ ab eccl̄ia fuerint denotati euitare ꝯtēpſerint d̄cēt excōicari ꝓbātur hec oīa eo. ti. Excōicamus. i. Itē oēs clerici qui talib⁹ exhiberēt eccleſiaſtica ſacramēta vel traderēt eccl̄iaſtice ſepulture aut elẏas vel oblatōes reciperēt. debent ꝑuari ſuo officio ad qḋ nūq̄ȝ reſtituūtur ſine indulto ſedis apoſtolice ſpeciali. Similiter ⁊ regulares quorū et ꝑuilegia ī illis locis nō ſeruētur eis vt d. ca. Excōicamus. Itē ipſi credētes heretici ſūt dicēdi eo. ti. Excōicamus. ij. Sepelientes ēt tales ſūt excōicati. de qua excōicatiōe hēs plene īfra ī iiij. pte. ti. i. ca. vi. Nota ēt ꝙ ſi aliq̄ dum in egritudine d̄cū berēt petierint hereticos ꝯſolatores. vt ab eis ſecūdū eorū ꝯſuetudinē ꝯſolatiōez reciperēt. ⁊ ſic deceſſerint. poſtmodū vero filij vł heredes volūt ꝓbare ꝙ ipſi defūcti ñ ſane mētis effecti ſuſceperint vel poſt ꝑditaz iam loquelā. vtruz debeāt audiri tales filij vel heredes. Ad ħ dicit̄ eo. ti. Filij. li. vi. ꝙ ſi tales d uz viuerēt erāt diffamati vel ſuſpecti de hereſi. vel ſi ꝯſtiterit ꝙ ipſi ſane mētis exiſtētes petierint cōſolatores hi⁹ heredes nō debēt audiri. Alioq̄ñ admitti pñt ad ꝓbanduz ñ ꝑ vxores filios vel famīliares aut aliq̄s de ſuis. ſed ꝑ teſtes fide dignos ⁊ fidei zelatores. Suſpectus de hereſi ⁊ ob hoc citatus ⁊ q2 nō cōparuit excōmunicatus. ſi excōicatiōem ꝑ annuz ſuſtinet. ex tūc velut heretic⁹ ē ꝯdēnādus. eo. ti. Cū ꝯtumacia li. vi. Cōtra xp̄ianos q̄ efficiūtur iudei vel redeūt ad iudaiſmū ēt ſi īfātes vel metu mortis fuerint baptizati ꝓcedēdum ē vt cōtra hereticos ⁊ eorū fautores. eo. ti. Contra li. vi.

## De relapſis in he. §. IIII

reſim. Nota ꝙ tales poſt abiuratōez hereſis vel ēt ex eo ꝙ ſuſpecti de hoc poſtq̄ȝ ſe ad arbitrijs examinatiōem purgauerūt ſi deprehenſi fuerint iudicialiter recidiuaſſe ſine vlla audientia relinquūtur iudicio ſeculari puniēdi. Sed ſi in foro pñiali hoc fatētur nō pñt ꝑ hoc puniri. Accuſat⁹ āt de hereſi vel ſuſpectus vehemēti ſuſpitiōe qui hereſim in iudicio abiurauerit. ⁊ poſtea incurrit in ipſā relapſus cenſetur licet antea crimen ipſū nō fuerit plene ꝓbatū. Sed ſi leuis fuit ſuſpitio nō debet iudicari relapſus. Sed alias grauiter punire. eo. ti. Accuſatus libro ſexto. Itez qui in vna ſpecie hereſis ſeu ī vno articulo vł ſacramēto lapſ⁹ ē ⁊ poſtea abiurauit ſimpliciter hereſiz ſi poſtea erret in alio. relapſus eſt iudicādus. eo ti. Accuſatus. li. vi. Ille ḋ cuius lapſu ī hereſim ante abiurationem conſtiterat. vł nunc conſtat ſi poſtea hereticos deducat receptet vel aſſociet aut donet munera ſiue mittat vel fauorē impendat ꝙ accuſari nō poſſit iudicari debet relapſus eo. ti. Accuſatus. li. vi.

## De inquiſitiōe he. §. V.

reſis. Nota ꝙ excommunicati ⁊ participes atq̄ȝ ſocij criminis ad teſtimoniū admittūtur preſertim in defectū aliarū probationū cōtra hereticos credentes fautores ⁊ defenſores eorū. ſi ex numero teſtiū aut perſonarū tam deponētium q̄ȝ contra quos deponitur q̄litate ⁊ alijs circūſtantijs nō falſa dicere preſummātur eo. t. In fidei. li. vi. Similiter admittuntur illi ſuper facto hereſis qui iurauerunt dicere veritatem tam de ſe q̄ȝ de alijs ⁊ eam celando periurauerunt ⁊ poſtea velīt corrigere dictum ſuum contra ſe ⁊ alios ſi manifeſtis indicijs apparuerit tales non leuitate aut odio aut peccūia ſed zelo fidei velle reuelare. eo ti. Accuſatus libro ſexto. Item preſidentes regimini alicuius loci licet ſint excōmunicati vel de facto nō de iure iuriſdictionem habeāt ad requiſitionem ordinariorum ipſorum vel delegatorū vel inquiſitorum poſſunt ⁊ debent contra hereticos credentes receptores fautores ⁊ defenſores eorum ſuū officiū exercere. et illi qui requirunt eos non incurrūt aliquam ſententiam. Tamen dictis preſidentib⁹ ꝓpter hoc in alijs nullū ius ē conceſſum vel ꝑmiſſuz eo. ti. P̄ſidentes li. vi. Statutum loci ꝑ qḋ impediretur negociū inquiſitōnis hereticorū nō valet. Et dñi tenentur exhibere et corrigere. eo. ti. Statutum li. vi. Sacerdotes qui inſtruūt hereticos de celanda veritate et huiuſmodi poſſunt et debent pena debita caſtigari. Religioſi etiam heretici ſunt graui⁹ alijs puniendi. eo. ti. Accuſatus li. vi. Inquiſitores in certis ꝓuincijs poſſunt ꝓcedere ſimul vel ſeparatim prout negocij vtilitas ſuadebit. eo. ti. vt officiū li. vi. Inquiſitores debent abſoluere volentem cōuerti. ⁊ iniungere eis penitentiam vt. dicto. c. In examinatione teſtium contra hereticos debent intereſſe due perſone religioſe. ⁊ ſi fieri poteſt per publicam perſonam conſcribi teſtium dicta. eodem titu. vt officiū. libro ſexto. Et religioſi qui fuerunt notorij. et alij quib⁹ iniūctum fuerit tenentur ad ſcribendū. vt in dicto. c. vt officium. Item inquiſitores ſi opus fuerit inuocare poſſunt auxiliuz brachij ſecularis. ⁊ cōtradictores ꝑ cenſuram eccleſiaſticam compellere nō obſtantib⁹ quibuſcūq̄ȝ ꝑuilegijs ꝯceſſis a quibuſcūq̄ȝ ꝑſonis vel religioſis vł vniuerſitatib⁹. nec ēt ꝯſtōne ḋ duab⁹ dietis. vt ī. d. c. vt officiū. li. vi. Itē ī negocio hereſis ꝓcedi pōt ſimplr̄ ⁊ ḋ plano. ⁊ ſi ꝑiculū eēt nō noīans accuſatorib⁹

vel teſtib9 publice niſi corã aliquib9 ꝓuidis ꝑci-
piendo eis de tenendo ſecretũ ⁊ hmõi. ſed ceſſan-
te periculo publicentur vt in alijs iudicijs .e.ti.
Statutũ li.vi. Eſt aũt dictis hereticis inhibita
appellatio eo.ti. vt inquiſitionis li.vi. Omnes
rectores locoꝝ requiſiti a dioceſanis vel eoꝝ vi-
carijs aut ab inquiſitorib9 tenenť iurare ſeruare
et obſeruari facere ꝯſtitões ꝯtra hereticos credẽ-
tes fautores receptatores et defenſores et eoꝝ fi-
lios et nepotes. et qui iurare noluerũ hẽť vt in-
famis et hereticoꝝ fautor. et de fide ſuſpect9. Nec
haberi debet ꝑ oño, nec ad aliqđ publicũ officiũ
admitti ſeu aſſumi vlterius. et ea que interiz vt
rector fecerit. nullã hñt firmitatẽ eo.ti. vt offici-
um li.vi. Inquiſitorib9 ꝯceſſum ẽ ꝯmittere ci-
tationes et denũciationes ſniaꝝ. Itẽ auctas ad
uocandi ꝑitos ⁊ clerũ ⁊ ꝑpłm loci. ꝓut viderint
expedire negocio fidei. Itẽ ꝓcedendi cõtra illos
q̃ in ꝓuincia eoꝝ cõmiſerint ꝑꝑm crimẽ hereſis ſi
ad aliã ſe tranſtulerint. Itẽ faciendi ſibi aſſigna-
ri a quibuſcunqꝫ libros in quibus eſſent aliq̃ ꝓ-
ceſſus cõtra hereticos ⁊ circa hereticos incarcera-
tos vna cũ ꝑlaris quib9 ſubſunt penã eoꝝ mu-
tandi vel mitigandi. Itẽ priuandi vel priuatos
nũciandi dignitatib9 ⁊ alijs beneficijs eccłaſticis
⁊ officijs publicis ⁊ honorib9 oẽs hereticos et
fautores. Sũt aũt dioceſani requirẽdi ⁊ de eoꝝ
cõſilio faciẽdũ niſi ipſi ſcienter talib9 cõtuliſſẽt
eo.ti. Ut cõmiſſi.li.vi. Cũ negociũ hereſis cõ-
mittiť alicui vel aliquib9 generaliť in certis lo-
cis, nõ admittiť epis eoꝝ auctas ordinaria ꝓce-
dendi vel ẽt delegata ſi eã hẽant. ⁊ vterqꝫ eoꝝ de
facto inquirere pñt cõiter vel diuiſim et ſi diui-
ſim ꝓcedant tenenť ſibi cõicare ꝓceſſus ꝑ vtroſ
qꝫ ſił ſnia ꝓferatur. niſi alter alteri deferat. Nõ
ſi in ſnia nõ cõcordant ad ſedẽ aplicã mittãt .ex.
eo.ꝑ h li.vi. Nõ ẽ vn9 ſine alio nõ pñt ad ſniaz
ꝓcedere vide expſſius infra .iii.c.ſe. Et intellige.
ꝙ poſt dictam cõicationẽ ꝓceſſuũ oꝫ fieri. qñ ni-
hil aliud reſtat agendũ niſi ꝙ ſnia ꝓmulgetur.
Quod ſi alter nõ poſſet cõmode ꝓcedere niſi vi-
ſis actis alteri9 tũc ſeł tñ cõicatio tribuat. vt in
extrauaganti Benedicti .xi. q̃ incipit. Ex eo. Itẽ
nota ꝙ tã epũs qꝫ inqſitor vnus ſine alio põt cita-
re et capere et dare cuſtodie vel cõpedib9 manci-
pare. Sꝫ deputare duro carceri. ⁊ q̃ magis ad pe-
nã qꝫ ad cuſtodiã videať. vel tormẽtis exponere
vel ad ſniam ꝓcedere nõ põt epũs ſine inqſitore
nec inquiſitor ſine epõ. aut ei9 ſup h delegato.
aut epali ſede vacãte delegato capituli ſi ſui. poſ
ſint ad inuicẽ copiã habere infra .viij. dies poſt-
qꝫ ſe reqſierint. pñt tñ quilibꝫ ꝑdictoꝝ cõmitte-
re alteri vices ſuas. et ꝑ litteras ſignificare ſuũ
cõſiliũ ⁊ cõſenſuz extra eo. Multoꝝ in cle. Qui-
libet carcer vel murus hereticoꝝ oꝫ eſſe cõis epo
et inquiſitori ⁊ oꝫ habere duos cuſtodes. vnum

quẽ volet epũs. ⁊ ei ꝓuidebit. alterũ quẽ volet in-
quiſitor et ei ꝓuidebit. ⁊ vterqꝫ eoꝝ põt habere
ſub ſe vnũ fidelẽ miſtrũ. ⁊ illi9 loci erũt due cla-
ues. quarum vnus cuſtodũ vnã. et alius aliã te-
nebit. et poterit officiũ miſtrandi incarceratis ꝯ-
mittere ſuo miſtro. et tenentur ꝑdicti cuſtodes
anteqꝫ exequanť officiũ coram eis a quibus aſſi-
gnantur iurare tactis ſacroſanctis euangelijs ꝙ
in cuſtodia omnem diligentiã quã poterũt ad-
hibebũt. ⁊ ꝙ alicubi incarceratoꝝ nihil loqueť
vnus niſi audiente alio. ⁊ ꝙ ipſis incarceratis fi-
deliter conferãt ꝓuiſionẽ quã ipſi recipiũt ex or-
dinatione cõmuni et qđ a parentib9 vel alijs ꝑſo-
nis cõfertur eiſdem niſi epi vł inquiſitoris vel
ſuoꝝ cõmiſſarioꝝ ordinatio refragať. ⁊ eo ſe mõ
iurabũt ꝑdicti cuſtodũ miniſtri. et corã eiſdẽ ex.
eodem. Multoꝝ in clementinis. Notorij inqui-
ſitoris corã epõ cũ inquiſitore vel ſubſtitutis ab
eis iurabunt ſuũ officiuz fideliter exercere. ⁊ idẽ
fiet ď alijs ꝑſonis ad dictũ officiũ neceſſarijs ex-
tra eo. Multorũ in clementinis. Nullu9 aũt in-
quiſitor põt ꝓcedere ꝯtra officialẽ aliquẽ vel nũ-
cium romane curie vt in extrauag. Jo. xxij. q̃ in-
cipit. Cũ frater. De excõmunicatione cõtra in-
quiſitores et eorũ vicarios in certis caſib9 hẽs i
iiij. pte .ti.i.c.vij. ⁊ .viij. De multis hereſib9 de-
terminatis per eccleſiam damnatis habes .xxiiij
q.iij.c. Quidã. et extra .e. excõmunicam9. et ď ſũ.
uatū ſicut cedrus libani ⁊ trāſiui. ſ. ꝑ ꝯſideratōꝫ
⁊ ecce ñ erat queſiui eū ⁊ nō inuentus eſt; loc⁹ ei⁹
Alexander magnus in breui deuicto Dario oīꝫ
obtinuit munitōnes ⁊ regna. et poſt duodecim
annos cognouit ꝙ moreretur ⁊ tunc omīa ami
ſit. i. Machabeo. i. Innocentius de vilitate con
ditōnis humane ait. Subito cum non ſuſpica
tur infortunium accidit. calamitas irruit. mor
bus inuadit. mors intercipit quam nullus eua
dit. Et vt dicit Boe. de philoſophica conſolatiōe
In omni aduerſitate fortune infeliciſſimum in
fortunij genus eſt fuiſſe felicē. Quintus ē de
fect⁹ fidelitatis vel diſcretōnis. Nam pagani for
tunam cecam appellāt ⁊ pingunt. eo ꝙ paſſim ī
quoſlibet incurrens ſine vllo examine meritorꝫ
⁊ ad bonos ⁊ ad malos venit. Tullius de amici
cia. Fortuna nō modicum ignaros multos exce
cauit. Non aūt ipa fortuna ceca eſt ſed eos cecoſ
plerunqꝫ efficit quos complexa eſt. Et Seneca.
Fortuna ei cui multum fauet ſtultum efficit. E
cōtrario facit prudens. Nam vt ait Sene. For
tune inſtabilitas prudētis animum nō cōquaſ
ſat. Nam virtuoſus neqꝫ bona fortuna extolliᷓ
quia nullum bonum exterius eſt quod ipe mul
tum appreciēᷓ. neqꝫ mala fortuna deprimitur. q꜡
de nullo malo tantum contriſtatur ꝙ deuiet ꝓ
ter illud a via rōnis. Sextus eſt defectus ꝑfec
tibilitatis. Nam perfectum eſt cui nichil deeſt.
Nullus autem eſt in vita preſenti cui non deſit
aliquid ⁊ cui ſufficiat quod habet. Et precipue
qui habet bona fortune multis indiget ad con
ſeruandum ea. nec deſunt ei cure ⁊ timores inqui
etantes. Exemplum de tiranno Siculo Dioni
ſio qui fecit ſuſpendere gladium acutiſſimuꝫ in
filo tenuiſſimo ſuper caput cuiuſdam ſui amici
inuitati ad conuiuium ſuum nobiliſſimū qui v
num bolum non potuit ſumere ſine maximo tio
re. ne gladius deſuper cadens occideret eum. Ex
quo opere oſtendit tirannus ei ꝙꝫ imperfectus ⁊
miſer eſſet ſtatus eius. quem ille vt magnificum
commendarat. Beatus ergo qui ñ reſpexit in h⁹
vanitates ⁊ inſanias falſas Rayne. Itē ſciēduꝫ
ꝙ bona fortuna eſt aliquid ſine rōne. q꜡. ſ. imper⁹
ille. quē bñ fortunati ſequūtur. non eſt factus a
rōne ſed a deo vel angelo vel celo. Q꜡ aūt ille im
petus quem ſequuntur bñ fortunati ſit ſine rōe
patet. q꜡ ſi ab aliquo bñ fortunato queraᷓ quare
ſequitur talem impetum. neſcit reddere ratōem
ſed dicet. hoc facio quia ſic dictat michi cor. Et
ita ꝓ rōne dictamen cordis ⁊ bñplacitum volū
tatis aſſignabit dicens. ita placet mihi ita dicta
uit mihi cor. Itē ſcđo notandū ꝙ bñ fortūa
tis non expedit conſiliari. Cuius rō eſt. quia taleſ
bñ fortunati habent deum directorem. ſeu ſequū
tur inſtinctum ſuperiorem qui eſt melior oī con
ſilio ⁊ītellectu humano. Rō aūt humana mul
totiens eſt impeditiua bone fortune. q꜡ ſine rōe
exiſtentes ſunt magis fortunati ⁊ magis ſequū
tur bonum finem. ex eo ꝙ magis ſequunᷓ diui
nos inſtinctus. Item ſciendum ꝙ bona fortūa
excedit ⁊ ſuperat prudentiā. ⁊ experientiā hoīuꝫ
ſapientū. Et rō h⁹ eſt. q꜡ tales. ſ. bñ fortunatos o
portet ſuſcipe illā dīnatiuam que ē a dīno inſti
ctu que ſupat oēm ſenſum ⁊ intellectū. vñ tales
melius dīnanᷓ ⁊ vaticinanᷓ de fide ꝙꝫ ſapientes
⁊ prudētes. Itē inter hoīes aliqui ſunt bñ fortu
nati. eo ꝙ bñ ſequunᷓ dīnos inſtinctus. Et vn⁹
⁊ idem homo vno tpe erit fortunatus ⁊ fortuna
te aget. aliquo alio tpe erit infortunatus ⁊ infor
tunate aget. Et a natiuitate ſunt aliqui fortūa
ti ⁊ aliqui infortunati. Item inſipientes ⁊ ſim
plices contingit magis eſſe fortunatos. ꝓbaᷓ ra
tione ⁊ exemplo. Rōne quidem q꜡ ille eſt magis
fortunatus qui magis inſequiᷓ inſtinct⁹ dīnos
Sed ſimplices amiſſa rōne ⁊ ñ dediti exteriori
bus agibilibꝫ magis percipiūt ⁊ ſequunᷓ interi
ores inſtinctus ⁊ dīnos impetus ꝙꝫ faciūt ſapiē
tes qui rōem ſequunᷓ. Exemplo ſic ꝓbaᷓ. Sicut
ceci amiſſis oculis magis memoranᷓ ⁊ contigit
virtuoſius ⁊ ſtabilius eſſe quod memorantur.
Sic inſipientes magis ſequuntur diuinos in
ſtinctus amiſſa ratione. Nam pluribꝫ intentus
minor eſᷓ ad ſingula ſenſus. Egidius in ſcripꝫ
ſup libro de bona fortuna. Appellanᷓ hic inſipiē
tes ⁊ ſine rōe illi qui non ſequunᷓ rōnes natura
les humanas. ⁊ ſapientiam humanā vel acquiſi
tam ſicut mulieres ⁊ ſimplices ꝑſone.

Capitulum decimū de conſtellationibꝫ. ⁊ ibi
de ſtella magoꝝ que apparuit eis.

De conſtellationi
bus enā pōt induci illud ps. xxxix.
Beatus vir c⁹ ⁊c. qui nō reſpexit in
vanitates ⁊ inſanias falſas. Mul
te enī vanitates ⁊ inſanie falſe dñr de h⁹. ſ; hō re
ctus nō reſpicit ad eas. Nōne vanitas ē ⁊ īſania
credere quod aſtra ſeu conſtellatōes cogant nos
ad bene et male faciendum. vel bene aut male

habendum. Sed ⁊ ſi corpa celeſtia influāt i cor-
pora inferiora non tñ directe in aīmas. Sꝫ nec
etiam in corpa niſi diſponēte deo. Qui cū ſit cā
prima oīm. ⁊ cauſa prima plus influat in cauſa-
tū cāe ſecunde ꝙ̄ ipa cauſa ſecūda ſm̄ regulaꝫ
naturalem in libro de cauſis. Sequit̄ ꝙ de⁹ ad
placitū ſuū pōt tollere ⁊ mutare influxū a cauſ
ſcdis vt a corporibꝫ celeſtibꝫ quo ad aliquos effe
ctus naturales. puta pluuias. ſiccitates. peſtes ⁊
hmōi. que aliqñ ſm̄ diſpoſitōem corpoꝝ celeſtiū
⁊ elemētoꝝ deberēt euenire. ita ꝙ ñ eueniant ⁊ e
contra ꝙ veniāt qñ ſm̄ cauſas ſecundas non de
berent venire. Et ꝓpterea dicit dñs Hiere. x. A
ſignis celi nolite timere ſicut gentes timēt. Qñ
immiſit dñs peſtem in pplm iſrael ꝓpter nume
rationem factam a Dauid ex quadam iactātia ⁊
vanitate. ⁊ in triduo ceſſauit ex toto. puto hoc ñ
fuiſſe ex conſtellatōnibus ſed dei bñplacito. Et
ſimiliter de ſignis corporalibꝫ factis in egipto ꝑ
Moyſen. Unde ⁊ Gratianus dicit in decretis.
xxvi. q. ii. § His ita. ꝙ quibuſdam conſtellatōes
⁊ futurorum ſigna cuſtodientibus Apoſtol⁹ ait
ſcꝫ ad Gala. iiii. Dies obſeruatis ⁊ mēſes. ⁊ tpa
⁊ annos. timeo ne forte ſine cauſa laboraueriꝫ in
vobis. Sic ⁊ aſtronomia ſeu aſtrologia apō ca-
tholicos in diſſuetudinem abiit. quia dum pro
pria curioſitate his nimis erant inteti min⁹ va
cabant his que ſaluti animarum erant accōmo-
data Hec ille. Et Ambroſius dicit ꝙ aſtrologia
⁊ huiuſmōi nihil valent ad ſalutem. ⁊ mittūt in
errorem. ⁊ qui his ſtudent curam anime nō ha-
bent. di. xxxvii. §. Hinc ⁊ filius. in fi. Equidē ob-
ſeruare dies ſm̄ rōem naturalem medicine vel
philoſophie naturalis puta nō dare medicinas
in reuolutōne lune aut minuere ſanguineꝫ vel
plantare aut incidere arbores magis vno tempo
re ꝙ̄ alio. put dictat rō naturalis hoc lꝫ. Et ſic eti
am dare iudicia vel ſequi de effectibꝫ naturalibꝫ
ſm̄ ſciam aſtrologie. que tñ iudicia freqꝫter repē
riunt̄ fallacia. vel qꝛ ignorat̄ illa ſcia. vel quia vt
dictū eſt deus pōt immutare virtutem ⁊ influ-
xum ſcdaꝝ cauſaꝝ ad effectus ꝓducendos ad pla
citum. Sed de actibꝫ humanis velle certitudia-
liter ex ꝯſtellatōnibꝫ iudicare ad ſuperſtitionem
pertinet ⁊ infidelitatem. cum per hoc tollatur li-
bertas arbitrii. Sed ſciendum ꝙ eſt triplex ge-
nus ſtellarum.

Primo eſt ſtella comatica
Secundo eſt ſtella erratica.
Tertio eſt ſtella ſingularis ⁊ mirifica.

## Primo eſt quedā .§. I

ſtella que dicitur cometa vel cometes. Et vt dici
tur in Catholicō. Cometa eſt quedam ſtella cri-
nita emittēs de ſe radios flammaꝝ ad modum
crinium. Et ſemꝑ qñ apparet ſignificat mortem
vel mutatōnē alicuius principis. vel alicuius pa
trie deſtructōem ⁊ ſemꝑ dirigit radios ſuos ad
illam ꝑtem cui minatur. Quidam tñ dicunt ꝙ
non eſt ſtella ſ; eſt quedam nubes ignea clarita-
te accenſa qḋ magis credimus. Papias aūt dic̄
ꝙ cometes eſt ſtella ſic dicta. eo ꝙ comas luminis
ex ſe fundat. Qḋ genus ſideris qñ apparet peſti
lentiam famē bellum aut regni mutatōem ſigni
ficat. quam latini crinitem vocant. eo ꝙ in mo-
dum crinium flammas ſpargit. Alii dicūt cum
quibus ego ꝙ cometes nihil aliud eſt ꝙ̄ vapor
terreus ⁊ groſſus. cuius ꝑtes ſibi paulatim ꝯia
cent aſcendens ab inferiori ꝑte eſtus multū ad
ſuperiorem ꝑtem eiuſdem vbi cōcauitatē ignis
ꝯtingit. ⁊ ibi diffuſus eſt ⁊ inflammatus. et iō
videtur longus frequēter ⁊ diffuſus. Itez ſcias
ꝙ ſtelle hñtes comas efficienter. ⁊ ſm̄ locum ſue
generatōnis ſunt ꝓpter aerem inflammatuꝫ ex
vicinitate ignis qui continet materiam comete
⁊ ipm̄ cometem. aereꝫ dico ꝓpinquum igni qui
in ſe continet calorem ignis. quia qñ in ipſo va-
por ſiccus inflammat̄. tūc ꝯtinuatō fit cum lu̅ie
flamme ꝯmoto ab inferiore aere. vbi ſtat vapor
eiuſdem nature. ⁊ ita diffuſo illo qḋ ꝯtinuat̄ ei
fit oblongū. ⁊ hoc eſt cometes. Et ſi queras cum
dicat̄ cometes ſe hr̄e ad bellum vel mortem alic⁹
an ſit hoc ſignū cā vel effectus. Dico ꝙ ꝓprie eſt
ſignum. quia ſicut dicit Ariſto. in li. de ſomno ⁊
vigilia. Talia ſunt ſicut cōſiliarii cuius ꝯſilium
melioribꝫ inuentis mutari poteſt. Ita dū mar-
tis bella ⁊ mortem continentium ⁊ regentiū tur
bas ſignificat ſicut plurimum inclinans ad hoc
per iram ⁊ calorem ⁊ ſiccitatem. ex quibꝫ proue-
nit animoſitas ⁊ ꝯcitatō pploꝝ ad inuicē. Et idō
ſignatum comete prius eſt ſuꝑ martē qui ē cau
ſa belli ⁊ deſtructōis populoꝝ. cā dico inclinans
non neceſſaria ⁊ ideo illa ſignificare dicit̄ come
tes cum tamen eius ſignificatio prima non ſit
ſuper illa. Et ſcias ꝙ vt dicit Ptholome⁹. Uir
ſapiens dominabitur aſtris. qꝛ per ſapiētiam ſu
am poteſt vitare ea ad que aſtra diſponunt. In
morte. b. Thome de aquino vt dicitur in legēda
eius apparuit cometes ſuꝑ monaſterium Foſſe
noue vbi iacebat infirmus ⁊ hoc per triduū antē
mortem eius. ⁊ ipo mortuo nō fuit viſa ampli⁹
vnde creditur ſignificaſſe mortē eius. Anno do-
mini. M. cccc. apparuit cometes per longū tēpus
hñs comas nigras. ⁊ dicit̄ ſignificaſſe mortē du
cis magni Mediolanen̄ qui tūc mortuus eſt.
In principio papatus Eugenii quarti apparuit
cometes cum crinibꝫ quaſi argēteis ⁊ inde ſecu-
ta ſunt multa mala belloꝝ ⁊ mutatōes. Nō ergo
comete hñt inducere ad malum vel bonum ſꝫ ſi-
gnificare tribulatōnes que etiam poſſunt deo o-
perante ⁊ hoibꝫ penitentibꝫ auferri. Non g̃ īſpi
cit ad vanitates ⁊ īſanias falſas iuſt⁹ hō ſ; ad deū

# Capitulū Decimum

## Secundo ſunt §.II.

ſtelle erratice. et dr̄ ſeptem planete quoꝝ quili
bet hꝫ ſuū celū p̱ qd̾ facit curſum ſuū. Et p̱im⁹
planeta eſt Luna. Scd̾s Mercurius. Terci⁹ Ve
nus. Quartus ſol. Quintus Mars. Sextus
Jupiter. Septimus Saturnus. Poſt hos eſt
octaua ſpera ſeu celū vbi ſunt oīa ſidera fixa. Et
dixit Augu. in li. de natura demonū ꝙ aſtrologi
dicti ſunt quidā eo ꝙ in aſtris augurianꝰ. Ge
metralici appellati ſunt ꝑpter nataliciorūꝫ ꝯſide
ratiōem dieꝝ. Geneſes eni hoīm p̱. xij. ſigna celi
deſcribūt ſiderūq̃ꝫ curſus. naſcētiū mores. actus
et euentus predicere conanꝰ. i. quis quali ſigno
fuerit natus. aut quē effectū hēat vite qui naſci
tur interp̄tanꝰ. hi ſunt qui vulgo mathematici
dr̄. Cuius ſupſtitōnis genus cōſtellatōes lati
ni vocāt. i. notatōes sideꝝ quō ſe hēant cū quiſq̃ꝫ
naſcitꝰ. ¶ Primi aūt ſtellaꝝ interp̄tes magi
nūcupanꝰ. ſicut de his legitꝰ qui in euāgelio xp̄ꝫ
natū annūciauerūt. poſtea hoc nomīe ſoli mathe
matici dicti ſunt. cuius artis ſcīa vſq̃ꝫ ad xp̄um
fuit ꝯceſſa. vt xp̄o edito nemo natiuitatem alic⁹
de celo interp̄tetꝰ. Dr̄ hec. xxvi. q. iiij. Igitꝰ gen⁹.
Sciendū igitꝰ ꝙ ſtelle ſeu corp̱a celeſtia hn̄t vti
q̃ꝫ influētiā ſup̱ corp̱a hūana ſicut ſup̱ alia cor
pora ſꝫ nō ſup̱ aīas hoīm vt coganꝰ hoīes ad ali
quid faciēdū boni vel mali ex ꝯſtellatōe. Et hoc
ꝓbatꝰ tripl'r. ſ. rōne. auctate. ⁊ exemplo. Rōe qui
dem ſic. Diua ꝓuidētia ſm̄ Dioni. ita diſpoſu
it ordinē vniuerſi. vt inferiora reganꝰ p̱ ſup̱iora
et minus nobilia per nobiliora et n̄ econuerſo.
In homine aūt ſunt duo anima et corpus. Et
corpus quidē. qꝛ nūc mortale eſt et paſſibile eſt
inferius ⁊ ignobilius corp̱e celeſti. vnde recipit
influētiā. diſpoſitōnē. ⁊ motū. ⁊ variatōeꝫ a cor
poribꝰ celeſtibꝰ. Sꝫ aīa hūana eſt nobilior quo
libet corp̱e celeſti. Et rō eſt ſm̄ Tho. ꝯtra gētiles
qꝛ effectus aliquis tāto eſt nobilior. q̃to magis
ſue cāe aſſimilatꝰ. Deus aūt ē prima cā oīm rerū
Vn̄ q̃to aliqua creatura ei magis aſſimilatꝰ. tan
to eſt nobilior. Et qꝛ deus ſp̄us eſt Joā. iiij. ideo
aīa nr̄a que eſt ſp̄us magis aſſilatꝰ deo q̃ꝫ ſol. lūa
ſtelle celi que oīa corp̱alia ſunt. Cum ḡ ſit nobi
lior quolibet corp̱e celeſti nll'm corpus celeſte po
teſt directe in ip̄am agere vel influere. Sed āge
lus qui ē ſuperior aīa agit in ip̄am. ſ. in p̱tem in
tellectiuā ip̄am illuminādo. ⁊ multo magis de⁹
glorioſus qui oībꝰ eſt ſup̱ior agit in ip̄am intel
lectū illuminādo ⁊ volūtatē mouēdo. Non ergo
directe ꝯſtellatōes p̄nt p̱ ſe mouere voluntatem
vel intellectū directe. ſꝫ ex ip̄is ꝯſtellatōnibꝰ ſub
quibꝰ naſcimur recipimus qualitatē. diſpoſitio
nem. ⁊ ꝯplexionē corp̱m. p̱tim etiā ex ꝯditōe pa
rentū generātiū. vn̄ Damaſus dicit ꝙ alij ⁊ alij
planete diuerſas cōplexiones ⁊ diſpoſitiones et
habitus ꝯſtituūt. Nam ſm̄ qualitatē ꝯplexionū
excitanꝰ in potētijs ſenſitiuis que ſunt affixe. or
ganis corp̱is diuerſi motus paſſionū ⁊ incliatio
nes ad diuerſa vicia. ⁊ ſic pōt dici ꝙ ex ꝯſtellatō
nibꝰ hꝫ quis inclinatōes ad diuerſa vicia. Sed
inſup̱ multotiēs hꝫ malas inclinatōes ad vicia
ex alijs cauſ. qꝛ vel ex mala ſui cuſtodia vel ex pra
ua ꝯſuetudine que vertitꝰ in naturā vel ex diabo
lica ſuggeſtiōe. Verūtn̄ q̃tūcūq̃ꝫ quis hēat mo
tus ⁊ ſentiat in ſe inclinatōes ad vicia ⁊ quacūq̃ꝫ
ex cā. qꝛ pctm̄ mortalē n̄ ꝯſiſtit in ſenſualitate ſed
in rōe. ⁊ volūtate que ſp̱ manēt libere ad aſſentiē
dum vel diſſentiēdū pctō. ⁊ iō nunq̃ꝫ aliquis ex
neceſſitate cogitꝰ ad aliquid bn̄ vel male faciēdū
ex ꝯſtellatōibꝰ celoꝝ vel alijs occaſionibꝰ. Unde
⁊ Ptholome⁹ maximus aſtrologus dicit in cen
tiloquio ꝙ vir ſapiēs dn̄abitꝰ aſtris. i. inclinatōi
bus ad vicia quas hr̄et a planetis. Hinc etiā le
gitꝰ de diſcipulis Platōis vel Socratis ꝙ cū ſe
mel oſ̄diſſent faciē ſui mgr̄i pictā cuidā magno
mgr̄o in phiſonomia. qui ex effigie vultus iudi
cabat de ꝯditōibꝰ hoīm. ⁊ interrogarēt eū cui⁹ cō
ditōis eēt ille hō rep̄n̄tatus p̱ illā figurā. Rn̄dit
luxurioſus eſt ⁊ corruptor pueroꝝ. Qd̾ illi irriſe
runt ſciētes caſtitatē maximā ſui mgr̄i. Nam ſi
Plato fuit ille virgo p̱māſit. Retulerūtq̃ꝫ ipſi
diſcipuli hoc mgr̄o ſuo. Quibꝰ ille. Inclinatōes
vtiq̃ꝫ ad hec vicia habui ſꝫ ſapīa ⁊ virtute me cō
tinui. Probatꝰ hoc idē. ſ. ꝙ ex ꝯſtellatōibꝰ n̄ cogi
tur hō ad male faciēdū auctatibꝰ diue ſcripture
⁊ ſcōꝝ. Nā vt hr̄ Gen̄. iiij. dictū fuit Caym poſt
q̃ꝫ cepit fratri ſuo Abel inuidere. Sub te erit ap
petitus tuus ⁊ tu dn̄aberis illius. i. tu poteris do
minari rōe ſi volueris pctō inuidie ⁊ odij ad qd̾ in
clinaris. ⁊ Eccle. xv. dr̄ ꝙ deus ab initio ꝯſtituit
hoīem ⁊ reliquit eū in manibꝰ ꝯſilij ſui. i. in liber
tate arbitrij. Poſuit an̄ eū bonū ⁊ malū. ignē. et
aquā. mortē ⁊ vitā ad qd̾cunq̃ꝫ voluerit extendet
manū ſuā. ſ. op̱is. Hinc Aug. in. v. li. de ciui. dei
Nō vſq̃ꝫ quaq̃ꝫ abſurde dici pōt ad dr̄as tātum
corp̱m afflatus quoſdā valere ſidereos. nō autē
animi volūtates sideꝝ poſitōibꝰ ſubdi. Hieron̄.
etiāꝫ ait in li. contra Jouianum. Liberi arbitrij
nos ꝯdidit deus nec ad virtutes nec ad vicia tra
himur. alioquin vbi neceſſitas nec corona. d̾ pe.
di. ij. Si enim homo ex cōſtellatōe cogeretꝰ ad ali
quod malum non poſſet illud euitare. Iniuſta
autem eſſet illa lex que prohiberet ſibi illud face
re quod non poteſt agere. quia lex debet eſſe poſſi
bilis vt diſtinctōne. iiij. Erit autem lex ⁊ per cō
ſequens non obligaret ad obſeruātiā eius. vnd̾
nō peccaret ip̄am tranſgrediēdo. Fruſtra etiam
eſſent oēs doctrine morales ⁊ exhortatōes ad vir
tutes fierēt ⁊ pene a legibꝰ ip̄onerētꝰ ſi neceſſitarē
tur hoīes ex ꝯſtellatōibꝰ ad bn̄ l' male agēdū. Ad
idē facit qd̾ ait Am. Nō ē ꝙ cuiq̃ꝫ nr̄ꝫ aſcribam⁹

erumnā. nemo nīm tenet̄ ad culpā niſi ꝓpria vo
luntate flexerit. Volūtariū ſibi militē elegit xp̄s
volūtariū ſeruū diabolus actionat̄. xv. q. i. Non
eſt. Cōfirmatur hoc idē exemplis. Nam iacob ꝛ
Eſau gemini frēs vno cōceptu geniti et vno par
tu ex Yſaac ꝛ rebecca editi ſunt. vñ vt vider̄ ſub v
na ꝯſtellatōe nati ſunt. ꝛ tñ fuerūt valde diuer
ſoꝝ moꝝ. Nā Jacob lenis et delicatus. Eſau hi
ſpidus ꝛ ferus. Jacob ſimplex et quietus. Eſau
venator et aggreſtis. Jacob bonus. Eſau malus.
Si ḡ ꝯſtellario neceſſitaret homiem ad opa ſua
cū ſub vna ꝯſtellatōe nati fuerīt debuerint ee͂ oīo
ſilis ꝯditōis. Et q2 ñ fuerīt ſiles in vita ꝫ val
de ꝯtrarij. iō clare oñdit̄ non ex conſtellatōibꝰ ſed
ꝓprijs volūtatibꝰ hrī vicia. Similr̄ Aug. in. v. d
ci. dei. vbi diffuſe reꝓbat a principio illius libri
quinti per multa capitula hūc errorem narrat de
duobꝰ partu vno natis vno mari altero femina.
qui fuerunt valde diuerſe cōditōnis. Nam ma
ſculus deditus ꝯiugio militie ꝛ negocijs mūdi.
femina ſeruata caſtitate totalr̄ ſe tradidit deo. qđ
nō fuiſſet ſi cōſtellatō neceſſitaret ad ꝯuerſatōnē
tenendā. cū ſub eadē ꝯſtellatōne nati eēnt. Et ſi
dicat̄ vt rñdent ad hoc mathematici ꝙ cōſtellatō
eſt momentanea ſub qua quis naſcit̄. Et q2 duo
cum oriunt̄ ex vno partu ñ ſimul naſcunt̄ ſed v
nus poſt alteꝝ. vñ nec in momento ſed ꝑ interual
lum. ꝛ ſic hñt diuerſas conſtellatōnes. Sed ad
hoc repellendū dicit ipe Aug. ꝙ ſi ſic eēt cū vnus
ſolus naſcit̄ ñ in momento totus egrediat̄ ex v
tero ſed de parte in partē ſucceſſiue ſequeret̄ ꝙ v
nus ꝛ idem homo tot ꝯſtellatōes hrēt quot mē
bra corpus ſuū continet que paulatim eduxit ex
vtero qđ eſt abſurdū dicere. Greg. etiā in omel.
ad idē improbandū inducit aliud exemplū vi3.
Cōtingit in vna ciuitate eadē hora et momento
naſci filiū regis et filiū ruſtici. vel artificis. vnde
ſub eadē cōſtellatōne et tñ in ꝓceſſu vite filiꝰ re
gis ſuccedit in regno. et erit gl'ioſus et diues et
ſciens. et alius cultor terraꝝ et ignarus. pauꝑ et
mercēnarius. Si ḡ cōſtellatō inducit ꝯuerſatōꝫ
ſtatū et mores et oīa que ptinēt ad vitā pñtem.
quō eſt tāta diuerſitas inter hos natos ſub eadē
ꝯſtellatōe. Dicūt illi mathematici ꝙ ſi quis na
ſcitur ſub ſigno aquarij erit piſcator. Sꝫ cū3 in
quibuſdā ptibꝰ ñ ſint piſcatores. tñ ibi naſcūt̄
aliqui ſub illo ſigno qūo hēbit effectū ꝯſtellatō
in illo ñ recedente de ptibꝰ ſuis. Cōcludūt ḡ ta3
philoſophi q3 ſancti theologi falſum eē imo ꝛ he
reticum credere ꝙ hō cogat̄ ad bñ vel male faciē
dum ex ꝯſtellatōibꝰ. Notādū etiā ꝓut dicit. bea.
Tho. in ſumma cōtra gentiles. li. iij. c. xcij. ꝙ cū3
hō habeat eligere et ꝓſequi que elegit in opibus
ſuis. in vtroq3 hoꝝ a cāis ſupioribꝰ adiuuat̄. iter
dum etiā impedit̄. Et ſcḋm electionē quidē iuuat̄
ad eligēdū aliquid. vel inq3tum inclinat̄ a deo

per opatōem diuinā et intellectū ꝛ voluntatē. Ab
angelo inq3tum illuſtrat̄ intellectus ad cogno
ſcendum ſolū qđ eſt bonum aliquid fieri. ꝛ ſine
ſciat aſſignare cām vel etiā cum illuiat̄ ab āge
lo ad cognoſcēdū etiā cām quare bonum eſt illđ
ab eo fieri. A corpe aūt celeſti ñ iuuat̄ homo ad e
lectōnē faciēdam alicꝰ operis niſi inq3tū corpus
celeſte imprimit in corpus ipius hoīs. ex q̄ ipreſ
ſione homo incitat̄ ad eligendū ꝑ modū quo paſ
ſiones inducunt ad eligēdum. vi3 trahendo rō
nem ad ſe ex vehemētia ipius paſſionis ꝛ ſuaſio
ne offuſcante ipam. Unde illa incitatō que ē in
nobis ex corporibꝰ celeſtibꝰ eſt per modum alicꝰ
paſſionis. ſicut cum quis induciť ad eligendum
aliquid per odium vel amorem vel iram vel ali
quid hmōi. Scḋm vero execūtōnem eius qđ eli
git iuuatur homo ex ſuperiori cā inq3tum conſe
quit̄ ab ipa cā ſuperiori robur ꝛ efficacia ad im
plendum qđ eligit. Que quidē ñ ſolū a deo ꝛ ab
angelis ſed etiā a corpibꝰ celeſtibꝰ eē pōt inq3tū
talis efficacia in corpe ſita eſt. Manifeſtū eſt eñ
ꝙ etiā corpa inaīata quaſdā vires ꝛ efficaciam a
corpibꝰ celeſtibꝰ ꝯſequunt̄ pter eas etiā que ad
qualitates actiuas ꝛ paſſiuas elemētoꝝ ꝯſequū
tur quas ñ eſt dubiū corpibꝰ celeſtibꝰ eſſe ſubie
ctas. ſicut ꝙ magnes attrahit ferꝝ. hoc h3 a cor
poribꝰ celeſtibꝰ. ꝛ lapides quidē ꝛ herbe hñt alīs
virtutes occultas. vñ nihil ꝓhibet ꝙ etiā hō ha
beat ex impſſiōe corpis celeſtis aliquā efficacia3
in aliquibꝰ corpalibꝰ faciēdis quā alius nō hēt.
puta medicus in ſanādo. agricola in plantando
miles in pugnādo. Hanc etiā efficaciā multo ꝑ
fectius deus hoībꝰ largit̄ ad ſua opa efficaciter
exequēda. Et q3tū ad primū auxiliū qđ eſt in eli
gendo dr̄ deus hoīem dirigere. Quātū ad ſcḋm
qđ eſt in exequēdo dr̄ deus ꝯfortare. Primū tan
git p̄s. xxvi. cum di. Dñs illūinatō mea ꝛc. Se
cundū cum ſubdit dñs ꝓtector vite mee. Nō ḡ
cōſtellatōes ꝑ ſe ꝛ directe mouēt voluntatem ad
eligendū vel exequēdū bonū meritoriū. ſ3 deus
nec vicioſum ſed per ſemetipm.

## Pro tertio eſt .§. III.

alia ſtella ſingularis et mirifica. que. ſ. apparuit
magis ad manifeſtandū xp̄i natiuitatē. Vñ di
xerūt veniētes hierl'imā. Vidimus ſtellā eius in
oriente ꝛ venimus adorare eū Math. ij. Et ma
thematici dixerūt illā fuiſſe cōſtellatōnē ſub q̄ na
tus eſt xp̄s. que fecit eū ita ꝑfecte ꝯuerſari ī mūdo
ꝛ tāta mirabilia facere. Sed hoc falſiſſimum eſt
Nō eñ vt ait Augꝰ. in ſermōe de epiphania. illa
ſtella fecit xp̄m mirabilr̄ viuere. ſed xp̄s fecit ea3
mirabiliter apparere. Et in alio ſermone. Quid
enim erat illa ſtella niſi mirifica lingua celi que
enarrat glām dei: Certum eſt ergo illā nō fuiſſe
conſtellatōem xp̄i. Nam cōſtellatio eſt influxus

# Capitulū Decimū.

ꝓcedens a ſtellis q̄ ſunt in celis ab initio create.
Iſta aūt q̄ apparuit erat in meditulio aeris d̄ no
uo creata. Et aliq̄ quidē dixerūt eā fuiſſe angelū
qui apparuit paſtoribꝰ ad xp̄i natiuitatē nūcian
dam. Sȝ q2 paſtores erāt de ꝑplo iudeoꝝ rōe vtē
tium in cultu veri dei. iō ꝯgruū fuit vt eis appa
reret in forma rōnalis creature. i. hoīs. Magi ve
ro erant de ꝑplo gētiliū qui nō vtebanť rōe. colen
tes etiā inſenſibilia. vt ſolē. lunā. ſtellas ⁊ hꝰ. iō
apparuit eis ad manifeſtandū xp̄m in forma cre
ature inſenſibiľ. ſ. ſtelle. Alij opīati ſunt ꝙ ſtella
illa eēt ſpūſſctūs. q̄ quidē apparuit ſup xp̄m bap
tiſatū Lu. iij. ſub ſpecie colūbe. q2 colūba eſt aīal
fecundū ad oñdendū ſpūalem fecunditatē inde
ſequēdaȝ ex xp̄i baptiſmo. Et ſup xp̄m transfigu
ratū ſub ſpecie nubis lucide ad innuendū verita
tem ſapiē effundendam. iuxta illud Job. xxxvij.
Nubes ſparſerūt lumē ſuū. ita ip̄e ſpūſſctūs ap
paruit in forma ſtelle ad ſignificandum xp̄i nati
maieſtatē. q̄ etiā in celꝰ dn̄areť. Tertij dixerūt ſtel
lam illā nō fuiſſe nec angelū nec ſpūmſanctū ſed
ſtellā de nouo creatā. Et hoc veriꝰ ſm Aug. ⁊ Le
onē papā in ſermōe. ⁊ b. Tho. in. iij. pte. q. xxvi.
que poſtq̄ ꝑegit officiū ꝓpter qđ fuerat de nouo
creata. ſ. ad manifeſtandū xp̄i natiuitatē in terra
⁊ dirigēdum magos quibꝰ apparuit in via ⁊ ꝑ
ducēdum ad locū natiuitatis. reſoluta ē poſt in
p̄iacentē materiā. vñ ſicut nec priꝰ vnq̄ appar
it anteq̄ magi viderēt. nec poſt adoratōeȝ mago
rū amplius viſa eſt. Triplici aūt ex cā xp̄s ſe per
ſtellā manifeſtauit illis. ¶ Primo ꝓpter p̄cedē
tem deſignatōem. ¶ Scđo ꝓpter ꝯgruentē attra
ctionē. ¶ Tertio ꝓpter recte vite expreſſionē.

## Quātū ad pri §. IIII.

mū qn̄ fuit facta ꝓmiſſio Abrae de xp̄o ex eo na
ſcituro dn̄o dicente. In ſemīe tuo. i. xp̄o ex gene
re tuo naſcituro bn̄dicenť oēs gētes terre Gen̄.
xij. Fuit etiā ſibi ꝓmiſſa multiplicatio generis
ſui ſicut ſtellaꝝ celi ⁊ arene mariſ. Suſpice inq̄t
dn̄s Abrae quodaȝ ſero aere ſereno. Dinumera
ſtellas ſi potes. ſic erit ſemē tuū. Duplex ē ſemē
ſeu generatio Abrae. Una carnalis. ⁊ hec ē iude
orū. q̄ figurata eſt ꝑ multitudinē arene maris ꝑ
pter ſterilitatē ſuaȝ in bonis opibꝰ. ⁊ q2 terrenis
totaliter dediti ſūt. ⁊ terrēa eis ꝓmiſſa ſūt. et hec
vtiq̄ ſine nūero multiplicata eſt vſq̄ in hodier
nū diē. Altera generatio Abrae ē ſpūalis eoꝝ. ſ.
q̄ ꝑ fidē verā eū imitanť. Et hec eſt gētiliū ad fidē
ꝯuerſoꝝ q̄ per multitudinē ſtellaꝝ cū innūerabi
les ſint figuraſ. q2 ſicut ſtelle ſunt radioſe ⁊ in ce
lis. ſic gētiles ꝯuerſi ad fidem fuerūt illūinatiſſi
mi amātes celeſtia ⁊ tenētes celeſtē ꝯuerſationē.
Uñ abraam vocatꝰ eſt ſcđo qđ interp̄tať pr̄ mul
tarū gentiū. Magiſq̄ ſunt filij abrae q̄ ſm ſpūm
id eſt imitationē filij ſunt q̄ qui ſunt ſm carneȝ
vt oñdit aplꝰs ad Gal. iij. Ad oñdendū igiť ꝙ hi
tanq̄ fideles ꝑtinebāt ad gn̄atiōem abrae. cui fa
cta eſt ꝓmiſſio terre ꝓmiſſiōis. i. vite eterne. iō ꝑ
ſtellā vocati ſunt ad xp̄m. Baruch. iij. Stelle q̄ȝ
dederūt lumē in cuſtodijs ſuis. i. iſti magi in re
gnis ſuis q̄ cuſtodiebāt lumen. ſ. fidei annunci
antes natiuitatē xp̄i vocati ſunt. ſ. ꝑ ſtellā ad xp̄ȝ
adorandū. ⁊ dixerūt. aſſumus. ſ. eūdo ad locū de
ſtinatū. Aliq ui alij dicūt ꝙ iſti magi fuerunt de
ſcendētes ex Balaaȝ ꝓpheta. q̄ deſignarat xp̄i na
tiuitatē ꝓphetando ꝑ ſtellā dicens. Orieť ſtella
ex Jacob ⁊ hō exurget de iſrael ⁊ percutiet duces
Moab. i. principes demonū. Iſta ſtella fuit xp̄s
ſm illud Apoc. vlti. Ego ieſus radix ieſſe ſtella
ſplendida ⁊ matutina. Uñ ⁊ declarās ip̄am ſtel
lam ſubdit. ⁊ p. i. homo exurget ex iſrľ. Ip̄e igiť
Balaam ſuos ꝓpinquos edocuit de aduētu dn̄i
ſummi in mōm q̄ oēs alios ſibi ſubiugaret. Et
ſignū eis dedit de apparitiōe noue ſtelle. vnđ ſin
gulis ānis in montē quēdā eminentē aſcēdebāt
certo tp̄e vt attēderent ſi noua ſtella orta eſſet. et
ip̄i filijs ſuis de gn̄atiōe in gn̄atiōem intimabāt
⁊ obſeruare faciebāt. Ex q̄bus iſti magi deſcēden
tes ⁊ hoc obſuātes videtes nouā ſtellā ortā illūi
nati ſunt ad cognoſcēdū xp̄i ortū. hoc refert Cri
ſoſto. quoſdam tenuiſſe ſuper Mat.

## Secundo manife §. V

ſtauit ſe per ſtellam ꝓpter ꝯgruentem attractōeȝ
Diciť Sap. viij. ꝙ diuina ſapīa diſponit omīa
ſuauiter. q2 viȝ vnicuiq̄ creature indidit inclina
tionem naturalē ad exequendū illud qđ ſibi con
gruit ⁊ pertingendū ad ſuum finem. Et q2 tra
hit creaturam humanā per modum ſibi ꝯueniē
tem ⁊ magis vſitatum. Non. n. inuitus trahiť
animus ſꝫ amore. Uñ cū ꝯuertit hoīeȝ ad ſe. oſtē
dit menti eius ſe eſſe illud bonū in ſummo gra
du ad qđ quis magis efficitur. Uñ Aug. trahere
cepit per ſapientiā ⁊ eloquentiā Ambroſij. cui et
ip̄e deditus erat. licet erraret. et exemplo Victo
rini marimi rethoris Catherinam attraxit oſten
dens ſe illum pulcerrimū ⁊ nobiliſſimū ſponſuȝ
quem affectabat habere. Simeoni ⁊ anne ꝓphe
tiſſe ſe manifeſtauit occultis illuſtratiōibꝰ. vt po
te qui aſſueti erant viſionibꝰ ſecretis ⁊ monitio
bus internis ſpūſſancti. Iſtos aūt magos. i. iſtoſ
aſtrologos ita eos appellat Aug. dicens. Vidit
tunc magus ⁊ obſtupuit aſtrologus. q2 erant aſ
ſueti ad ꝯſiderandum motus aſtroꝝ. per aſtrum
nouiter apparens ſe eis manifeſtauit. ⁊ ꝑ ſtellaȝ
eos adduxit. Et quia erant primitie gentiū. vnđ
⁊ quaſi doctores ceterorum ꝯgruit ꝑ ſtellaȝ eos
illuminari. qui vt ſtelle alios hēbant illumina
re. ſm illud Daniel. xij. Qui ad iuſticiā erudi
unt multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates
⁊ ſic ꝑ aſtrologiam ſcientiā ſuā ad ſe traxit.

## Tertio maīfeſta .§.VI.

uit ſe p ſtellam vt ex ꝓprietate eius oñderetur re
cta vita hoībꝫ q̄ hꝫ ꝯducere ad xp̄m. ſicut illa ſtel
la de q̄ dr̄. ꝙ ſtella quā viderāt in oriēte antecede
bat eos. vſqꝫ dū veniens ſtaret ſupra vbi erat pu
er. Nūquid nō dicere videbat vt dicit Maximꝰ
in ſermone. Ecce iſte eſt ad quē adorandū vos
induxi ꝛ ꝯduxi, ꝓpterea me firmaui vt oñderem
ip̄m. ꝓpterea vos dimiſi ſeu lumē meū ſubtraxi
vobis cū acceſſiſtis ꝛ intraſtis hieruſalē ciuitatē
regiā ab hoībus q̄ſituri qd̄ vobis oñdebat e celo
Meretur. n. hō perdere diuinā directōnē. ex quo
vidēs ſe illā hr̄e q̄rit hūanā. vel etiā ex celo ꝛ mū
do hr̄is teſtimoniū de ſtella celeſti exorta Apoc.
vlti. Ego ieſus ſtella ſplendida et matutina ego
libenter deſcēderem ad orandū ip̄m qui me fecit
ſed nō eſt meus actus latrie q̄ ſum creatura irra
tionalis. Sed vos qui rōnales eſtis vos ḡ intra
te. ꝛ ego deſuper vobis lumē faciā. q2 obſcurus ē
locus tugurij. Erat aūt differens ab alijs ſtellis
iſta in tribꝫ q̄ deſignāt ꝯditiones virtuoſas iuſto
rū. Erat aūt differens. ¶ Primo in motiōe.
Scđo in apparitiōe. ¶ Tertio in figuratiōe.
In motione quidem. q2 vbi alie ſtelle mouētur
oēs motu circulari de oriēte in occidēs ad motū
primi mobilis. vel ecōtra de occidēte in orientē
ad motū ꝓpriū iſta mouebat motu aīalis ꝓgreſ
ſiuo. ſ. aliqn̄ p rectū. aliqn̄ ad dextrā. aliqn̄ ad ſini
ſtram declinādo. Sic ꝯuerſatio iuſtoꝝ ſeu opera
tio eoꝝ q̄ ducit ad xp̄m non eſt circularis. ſ. circa
terrena ſe inuoluēdo a terra inchoando intentio
nē. ꝛ in terrā finiēdo opatiōnē. Hec eſt operatio
maloꝝ ſm illud p̄s. In circuitu impij ābulant
Et diabolus Iob. i. Circuiui terrā. ſ incedūt iu
ſti p ꝯſiderationē ꝛ obſeruationē mādatoꝝ dei q̄
eſt vita recta. Aliqn̄ ꝯſiderādo penas infernales.
ꝛ hec eſt a ſiniſtris. Aliqn̄ glām paradiſi. ꝛ hec eſt
dextra. In apparitiōe differebat. q2 vbi alie ſolū
de nocte apparēt hoībus Sol aūt ſolū de die. iſta
ſemp ꝛ de die ꝛ de nocte. Sic aliq̄ lucent ī bona
ꝯuerſatione in nocte aduerſitatis. alij in die pro
ſperitatis. Sꝫ iuſti ſemp lucēt bona ꝯſciā ꝛ exem
plo ꝛ ī nocte aduerſitatis p patiētiā ꝛ in die pro
ſperitatis p tēpantiā ꝛ hūilitatē ſm illō p̄s. Nox
ſicut dies illūinabit. Occultabat aliqn̄ ſe ſtella
malis hoībꝫ ꝛ bōis apparebat Sic iuſti bona ope
ra palā faciūt paratis imitari. occultāt aūt maliſ
diſpoſitis ad calūniandū. Sicut xp̄s aliqn̄ ſe oc
cultauit iudeis ꝛ Herodi. In figuratiōe differe
bat q2 ſtelle ſunt in colore ſm apparentiā rubee.
Hec aūt ſm ꝙ refert Criſo. ſup Mat. hꝫ formā
pueri puuli cū ſigno crucis in fronte. ꝛ ſignificat
q2 recta ꝯuerſatio hoc dꝫ hr̄e. ſ. puritatē hūilitatiſ
ꝛ innocētiā puuli Mat. xviij. Niſi cōuerſi fueri
tis ꝛ efficiamini ſicut puuli ꝛc. Et crucē mortifi
catiōis in corpe. vn̄ apl's ad Gal. v. Qui xp̄i ſūt
carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs ꝛ cōcupiſcētijs.

¶ Capitulum vndecimū de Fato.

Beatus cuius ē no
men dn̄i ſpes eius. ꝛ nō reſpexit ī va
nitates ꝛ inſanias falſas. Vana ſūt
ꝛ inſanie falſe q̄ dicūt ꝛ credūt multi de fato. Ali
qui. n. dixerūt fatū nihil eē. Sꝫ illud eē falſum
oñdit ex eo ꝙ Boeciꝰ ī q̄rto de ꝯſolatiōe diffinit
ip̄m vt dicet .j. Sꝫ ſm Tho. in. i. pte. q. cxvi. qd̄
nō eſt diffiniri nō pōt. cū diffinitio dicat eſſenti
am ip̄ius diffiniti. Fuerūt aūt aliq̄ qui fortuita
ꝛ caſualia q̄ in iſtis inferioribꝫ accidūt. in nullā
ſupiorē cām reducere voluerūt. ꝛ hi fatū ꝛ proui
dentiā negauerūt vt de Tullio Aug. recitat in. v
de ci. dei. Quā opiōem eē falſā oñſum ē ſupra.
cū oīa ſubdant diuine ꝓuidētie. Alij aūt dixerūt fa
tū eē diſpoſitōem ſideꝝ. ſub q̄ q̄ſqꝫ ꝯceptus l' na
tus ē. Iſti. n. ea q̄ in iſtis inferioribꝫ accidūt ſiue
rebꝫ naturalibus ſiue rebꝫ hūanis reducere vo
luerūt in ſupiorē cāꝫ ſ nō aliā niſi corpa celeſtia
qd̄ etiā vanū ꝛ falſum ē. Qd̄ ſenſit ille ethnicꝰ q̄
ait Fatis agimur. credite fatis Nā actꝰ hūani n̄
ſubdunt actiōi corpoꝝ celeſtiū niſi indirecte ꝛ p
accidēs. Cā aūt fatal' cū hēat ordinatōem ſup ea
q̄ fato agunt. nccē ē qd̄ ſit cā eiꝰ. qd̄ agit directe ꝛ
p ſe. Eſt etiā impoſſibile ꝙ aliq̄ virtꝰ actiua cele
ſtis corpis ſit cā eoꝝ q̄ h' agunt a caſu ꝛ fortuna.
Et ſm ꝙ dicit Gre. ī omel' epiꝑhie. Abſit a fideliū
cordibꝫ vt fatū eē aliq̄d dicāt. i. ꝙ ſit verū ꝙ ſub
dant hūani actꝰ ꝯſtellatōibꝫ q̄s gētiles fatū dice
bāt. hoc. n. falſū ē. Alij vō oīa q̄ hic agūt ſiue ī re
bus hūanis ſiue ī rebꝫ naturalibꝫ reduxerūt ī ali
quā cām p̄ordinārē q̄ ē diuina ꝓuidētia. Et hi oīa
q̄ hic agūt diuine ꝓuidētie ſubdētes tanq̄ p eā p̄
ordiata ꝛ p̄locata ip̄ā dei ꝓuidētiā fatū dixerūt.
Et hoc mō ē vē ſentire, put ſenſit Boeciꝰ. Sꝫ q2
cū infidelibꝫ n̄ ē cōicādū in oībꝫ. vbi error poſſit
ꝯtingere. iō ſcti doc. dixerūt fideles nō debere vti
nomīe fati. ne. ſ. ſub hoc noīe intrarēt errorē infi
deliū dicētiū fatū eē ꝯſtellatōem ſub q̄ naſcit q̄s
vn̄ poſtea efficit bonꝰ vel malus. Et iō Aug. in. v
de ci. dei ait. Si ꝓpterea res hūanas fato tribuit
q2 ip̄ā dei voluntatē l' ptātē fati noīe appellat ſnīā
teneat. linguā corrigat. h' Tho. Nota q̄d ſit fatū
ꝛ quō differat a diuina ꝓuidētia ꝓpie. ꝛ q̄ ſubdāt
fato. Quātū ad primū dicit Boeciꝰ in. iiij. de cō
ſol. ꝙ fatū eſt inherēs rebꝫ mobilibus diſpoſitio
p quā ꝓuidētia ſuis q̄qꝫ nectit ordinibꝫ. In qua
diffinitiōe ſm Tho. in iij. ꝯ gētiles. c. xcij. diſpoſi
tio p ordinatōe vel ordine ponitur. que eſt relatō
q̄ quidem ordo ſi conſiderat ad ſuum principiū
eſt vnus. ꝛ ſic vnum fatum. Si conſideretur p
comparationem ad cauſas medias vel effectꝰ earū
ſic multiplicant ꝛ dicuntur fata. p quem modū

# Capitulū Vltimū.

dicit poeta. Te tua facta premūt. Rebus inherēſ
ponitur in diffinitiōe vt diſtinguat᷑ fatū a proui
dentia. Nam ipa ordinatio ſm ꝙ eſt in mēte di/
uina nondū rebꝰ impſſa ꝓuidentia eſt. Scđm
vero ꝙ iam eſt explicata in rebꝰ fatū nominatur
Mobilibꝰ aūt dicit vt oñdat ꝙ ordo ꝓuidentie
rebꝰ ꝯtingentiā ⁊ mobilitatē nō aufert vt quidā
poſuerūt. Et ꝑ maiori declaratōe dictoꝝ dicit. b.
Tho. in prima pte. q. cxvi. arti. ij. ꝙ diuina proui
dentia ꝑ cauſas medias ſuos effectus exequitur
pōt ḡ ipa ordinatio effectuū dupliciter ꝯſiderari
Uno mō ſm ꝙ eſt in ipo deo. ⁊ ſic ipa ordinatio
effectuū vocat᷑ prouidētia. Alio mō ſm ꝙ ipa or
dinatio ꝯſiderat᷑ in medijs cauſis a deo ordiatis
ad ꝓducendū aliq̄s effectus. ⁊ ſic hȝ rōnem fati.
Et hoc eſt ꝙ Boe. dicit in. iiij. de ꝯſolatiōe. Siue
famulantibꝰ quibuſdā ꝓuidentie diuine ſpiriti
bus fatū exercet᷑ ſeu aīa ſeu tota in ſeruiēte na/
tura ſiue celeſtiū ſyderū motibꝰ ſeu angelica vir
tute ſeu demonū varia ſolertia ſeu aliquibꝰ eorū
ſeu oībus fatalis ſeries texitur. Et ſic manifeſtū
eſt ꝙ fatū eſt in ipis cauſis creatis inq̄ntuȝ ſunt
ordinate a deo ad ꝓducēdos ſuos effectus. Et q2
ipa ordinatio cāꝝ ſcđaꝝ quā Aug. ſeriē cāꝝ no/
minat nō habet rōnem fati niſi ſm ꝙ dependet a
deo. iō cauſaliter fatū dei ptās vel volūtas noīari
pōt vt dicit Aug. Sed eſſentialiter fatuȝ eſt ipſa
diſpoſitio ſeu ſeries. i. ordo ſcđaꝝ cāꝝ. Notandū
ꝙ circa fatū reſpexerūt aliqui ad vāitates ⁊ inſa/
nias falſas dicētes oīa ex neceſſitate venire ex fa
to. Alij fatū diuinā ꝓuidentiā intelligētes dixe/
runt fatū. i. diuinā ꝓuidentiaȝ poſſe mutari. Et
vtrunq̄ȝ eſt falſum. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit b.
Tho. in prima pte. q. cxvi. ꝙ diſpoſitio ſcđaꝝ cau
ſarū quā fatū dicimus pōt dupliciter cōſiderari
Uno mō ſm ipas cās ſcđas que ſic diſponuntur
ſeu ordinant᷑. Alio mō ꝑ relationē ad primū pri/
cipium a quo ordinant᷑. ſ. ad deū. Quidā ḡ poſu
erunt ipam ſeriē ſeu diſpoſitioneȝ cāꝝ eſſe ſm ſe
neceſſariam. ita ꝙ oīa ex neceſſitate ꝯtingerent ꝓ
pter hoc ꝙ quilibet effectus habet cām ſuā. Cau/
ſa aūt poſita neceſſe eſt poni effectū. Sȝ ſm phm
in methaphiſica vt dicit Tho. in. iij. ꝯtra genti/
les nō eſt verū ꝙ poſita cā ſit neceſſe ſemꝑ ponere
effectū. q2 aliqua cā pōt deficere. Deus aūt q̄ eſt
gubernator vniuerſorū intendit ꝙ effectuū eius
aliquis quidē ſtabiliat᷑ ꝑ modū neceſſitatis. Ali
us aūt effectus ꝯtingēter eueniat. ⁊ ſm hoc diuer
ſas cās effectibꝰ adaptat. his quidē neceſſarias a
lijs aūt ꝯtingētes. Cadit ḡ ſub ordine diuīe pro
uidentie nō ſolū hunc effectū eſſe. ſed etiā hūc ef
fectū eſſe ꝯtingenter aliū neceſſario. Et ſm hoc q̄
ſubdunt᷑ diuine ꝓuidētie q̄dam ſunt neceſſaria
q̄dam ꝯtingēter euenientia. ⁊ nō oīa ex neceſſitate
eſſe. Alij vero dixerūt fatū eſſe mutabile etiaȝ ſm
ꝙ a diuina ꝓuidentia dependet. Un̄ egyptij di
cebant quibuſdā ſacrificijs fata poſſe mutari vt
Nizenus dicit. Sed hoc eſt falſum q2 immobili
tati diuine ꝓuidētie repugnat. Eſt. n. immuta/
bilis diuina ꝓuidētia Malach. iij. Ego deus et
non mutor. Et Boecius ſtabiliſq̄ȝ manens das
cuncta moueri. Dicendū ḡ ꝙ fatū ſm ꝯſiderati
onem ſcđaꝝ cāꝝ mobile eſt. ſed ſm ꝙ ſubeſt diui
ne ꝓuidentie ſic immobilitatē ſortit᷑ nō quidem
abſolute neceſſitatis ſȝ ꝯditionate. ſm ꝙ dicimꝰ
hanc ꝯditionalē eſſe verā vel neceſſariā. ſi deꝰ pre
ſciuit hoc futurū erit. Un̄ cū Boecius dixiſſet ſe
riem fati eſſe mobileȝ, poſt pauca ſubdit. q̄ tn̄ ab
immobilis ꝓuidentie proficiſcat᷑ exordijs. ipam
q̄ȝ eſſe immutabilē neceſſe eſt. Que aūt ſubdant᷑
fato declarat. b. Tho. vbi ſupra arti. iiij. Dicit. n.
ꝙ fatū ſit ordinatio ſcđaꝝ cāꝝ ad effectus diuini
tus ꝓuiſos. q̄cunq̄ȝ cauſis ſcđis ſubdunt᷑, ea fato
ſubdunt᷑. Un̄ ⁊ Boecius dicit ꝙ fatū celuȝ ⁊ ſy/
dera mouet. elementa in ſe inuicem temperat. et
alterna format tranſmutationē eadē naſcentia ⁊
occidentia oīa ꝑ ſimiles fetuū ſeminumq̄ȝ reno
uat ꝓgreſſus. Sȝ actus fortunaſq̄ȝ hoīm in diſ/
ſolubili cauſaꝝ cōnexione ꝯſtringit. hec Boecius
Que oīa cū fiant a deo mediantibꝰ cauſis ſcđis
ideo ſub fati ſerie ꝯtinent᷑. Sed q2 ſunt quedam
que a deo immediate fiūt. cū nō ſubdant᷑ cauſis
ſcđis nō ſubdunt᷑ etiā fato. ſicut creatio reꝝ. glo/
rificatio ſpūalium ſubſtantiarū ⁊ alia hmōi. Et
hoc eſt qđ Boecius dicit. Ea q̄ ſunt prime diui/
nitati ꝓpinqua. fatalis ordinis mobilitatem exce
dunt. Et iteꝝ quedā que ſub diuina ꝓuidentia
locata ſunt fati ſeriē ſupant. Ex quo etiaȝ ptȝ ꝙ
q̄nto aliquid longius a pura mente diſcedit ne/
xibus fati maioribꝰ implicat᷑. q2 magis ſubijcit᷑
neceſſitati ſcđaꝝ cauſaꝝ. Et q̄uis Aug. dicat fa/
tum eſſe aliquid ſm ꝙ ad diuinā potentiā vel vo
luntatem refert᷑. q̄ voluntas dei cā eſt oīm q̄ fiūt
Non eſt ḡ hoc ꝯtra ꝑdicta. Nam fatū quidem re
fertur ad voluntatē dei ſicut ad primū principiū
nō ꝙ fatū eſſentialiter ſit ipa volūtaſ dei ſed ipa
ordinatio que eſt in cauſis ſcđis ad ſuos effectuſ
ꝓducendos. Reſpicit ḡ in vanitates ⁊ inſanias
falſas qui fatū diuinā prouidentiā intelligens
credit vel dicit ipam prouidentiā eſſe mutabileȝ
vel omia ex neceſſitate euenire hic vel nō oīa ſub
eſſe diuine prouidētie. que omnia falſa ſunt.

Opus hoc celeberrimum Scđe partis ſūme
beati Antonini archiepi florentini. ſacreq̄ȝ pagi
ne interpretis eximij. moraliter agens de ſingul'
vitijs in pticulari ꝑ modum predicatiōis ac do/
ctrine. factum anno chriſti ieſu. M. cccclxxxv. pri
die nonas Januarias. explicit feliciter.

Nicht zum Druck gehörend.
Später eingelegt.